

Cover Page



Universiteit Leiden



The handle <http://hdl.handle.net/1887/18623> holds various files of this Leiden University dissertation.

Author: Helm, Alfred Charles van der

Title: A token of individuality : Questiones libri porphirii by Thomas Manlevelt

Issue Date: 2012-03-22

QUESTIONES LIBRI PORPHIRII

Sigla

Siglorum interpretatio

Sigla codicis matritensis

E	Erfurt, Bibl. Ampl. 288
E ^c	manus corrigens E
E ^m	manus notas marginales praebens E

Alia sigla

AL	<i>Aristoteles Latinus</i> . Corpus philosophorum medii aevi, Academiarum consociatarum auspicii et consilio editum. 1939 sqq.
<i>Auctoritates</i>	J. Hemesse, <i>Les Auctoritates Aristotelis. Un florilegium médiéval. Étude de historique et édition critique</i> . Louvain / Paris 1974
AverL	<i>Corpus Commentarium Averrois in Aristotelem</i> , consilio et auspiciis Academiae Amaericanae mediaevalis adiuvantibus Academias consociatis. Cambridge, MA 1953
AviL	<i>Avicenna Latinus</i> . Louvain-Leiden 1968 sqq.
<i>Opera</i>	<i>Aristotelis Opera cum Averrois Commentariis</i> . Venetiis apud Iuntas 1562–1574 (Frankfurt a.M. 1962)
PL	<i>Patrologiae cursus completus, series latina</i> , accurante J.P. Migne. Parisiis 1844 sqq.

Abbreviationum interpretatio

add.	addidit
cf.	confer
col.	columna
corr.	correxit
del.	delevit
exp.	expunxit
f.	folium
incert.	incertum
iter.	iteravit
litt.	littera, litterarum
mg.	margo, in margine
scr.	scripsit
seq. lac.	sequitur lacuna
sup. lin.	supra lineam

transp.	transposuit
verb.	verborum
(⟨⟩)	textus ab editore suppletus sive correctus
(?)	lectio incerta editoris

Thomas Manlevelt (*attr.*)
Questiones libri Porphirii

⟨QUESTIO 1⟩

1^{ra}

Queritur circa initium Porphirii, utrum necesse sit
5 aliquem scire quid genus sit et quid species etcetera
ad cognitionem predicamentorum habendam.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non,

quia: istud quod est impossibile sciri, non est necesse sciri; sed quid
sit genus, est impossibile sciri, igitur quid sit genus, non est necesse sciri.

10 Maior videtur de se nota, et patet per equipollentias modalium et per
significationem terminorum. Et minor patet, quia quid sit genus nec est
verum nec falsum, igitur non est scibile, igitur non potest sciri, igitur
impossibile est sciri quid sit genus. Assumptum, videlicet quod ‘quid sit
genus’ nec est verum nec falsum, patet, quia non est oratio indicativa,
15 quia est oratio interrogativa, igitur nec est vera nec falsa. Consequentia
patet per Aristotelem, primo *Perihermeneias*.¹

⟨2.⟩ Item, si necesse sit aliquem scire quid sit genus et quid species
etcetera, tunc scientia generis est necessaria ad scientiam predicamento-
rum. Ista consequentia videtur evidens, et consequens est falsum, igitur
20 et antecedens. Falsitas consequentis demonstratur: nulla scientia gene-
ris est necessaria ad scientiam predicamentorum, igitur scientia generis
non est necessaria quoad scientiam predicamentorum. Ista consequen-
tia patet, quia arguitur *ab universali ad suam indefinitam*; et antecedens
25 patet inductive, quia ista scientia – demonstrata scientia Sortis – non est
necessaria ad scientiam predicamentorum, quia sine ista scientia pre-
dicamentorum potest haberi, igitur ista scientia non est necessaria ad

3 [1] Hec questiones fuerunt compilatae per Thom. Manlevel Anglicum doctorem solemp-
nem. *add. E^m* (Schum: ‘Ueberschr. des späten 14. Jh.’) [19 igitur] istud *add. necnon exp.*
E

1 Vel potius Aristoteles, *De interpretatione*, 4, 17a1–4: ‘Est autem oratio omnis quidem
significativa non sicut instrumentum sed (quemadmodum dictum est) secundum
placitum; enuntiativa uero non omnis sed in qua uerum uel falsum inest; non autem
in omnibus, ut deprecatio oratio quidem est sed neque uera neque falsa.’

scientiam predicamentorum. Et consimiliter arguitur de quacumque alia scientia generis, igitur nulla scientia generis est necessaria ad scientiam predicamentorum.

⟨3.⟩ Item, nullum est necesse scire quid sit genus ad scientiam predicamentorum, 5 igitur non est necesse aliquem scire quid sit genus ad scientiam predicamentorum habendam. Ista consequentia est evidens, quia arguitur ab universali ad suam particularem; et antecedens patet inductive, quia non est necesse istum scire quid sit genus ad scientiam predicamentorum habendam, nec istum et sic de singulis. Et quod non sit necesse istum scire quid sit genus ad scientiam predicamentorum 10 habendam, patet, quia non est necesse istum scire quid sit genus ad scientiam predicamentorum habendam, quia arguitur *a negatione superioris ad negationem inferioris*.

⟨4.⟩ Item, ex opposito sequitur oppositum, nam sequitur: necesse est istum scire quid sit genus ad scientiam predicamentorum habendam; 15 igitur necesse est istum aliquid scire.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphirius, sicut patet per istum textum ‘cum sit necessarium Chrysaore etc’.²

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio istius questionis est ista, quod ‘scientia’ accipitur tripliciter: uno modo propriissime, scilicet pro notitia causata demonstratione; alio modo accipitur largius, scilicet pro notitia evidenti veri necessarii; tertio modo accipitur largissime, scilicet pro 20 notitia evidenti et probabili alicuius veri. | Et ista distinctio intelligitur de notitia complexa, quia de ista ad presens intendimus.

Per primam notitiam cognoscuntur tantummodo conclusiones demonstrationum. Per secundam notitiam possunt sciri principia quamvis demonstrabilia. Per tertiam sciuntur quecumque vera quamvis contingentia. Et omnes iste notitiae sive scientie presupponunt unam scientiam incompleam indivisibilem, qua tam complexa quam incomplexa omnia cognoscuntur. Et ista scientia est prima scientia, scilicet, ipsem Deus 30 qui est omnium prima causa.

¹¹ istum] quid add. necnon del. E ²⁰ accipitur] dupliciter add. necnon del. E

² *Isagoge*, prooem., 1 (1, 1–7): ‘Cum sit necessarium, Chrysaori, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamentorum doctrinam, nosse quid genus sit et quid differentia quidque species et quid proprium et quid accidentis, etc.’

(DISTINCTIO SECUNDA) Secunda distinctio est ista quod necessitas est duplex, scilicet complexa et incompleta. Necessitas incompleta est res que non potest non esse. Complexa adhuc subdividitur, quia quedam est absoluta sive categorica, et quedam conditionata sive hypothetica.

- 5 Prima necessitas est propositio categorica necessaria. Secunda est conditionalis vera, quia omnis conditionalis vera est necessaria in qua coniunctio est nota consequentie, et non promissionis complende et voluntatis exprimende *(et) conservende*.

- (CONCLUSIO PRIMA)* Prima conclusio est ista quod aliqua scientia est
10 necessaria ad cognitionem predicamentorum habendam. Ista statim patet, quia prima scientia que est prima causa est necessaria, et sine ipsa nulla cognitio potest haberi.

- (CONCLUSIO SECUNDA)* Secunda conclusio est ista quod nulla scientia que *(non)* est prima causa, est necessaria aliqua necessitate ad cognitionem predicamentorum habendam. Ista conclusio probatur inductive, quia quacumcumque tali scientia demonstrata, sive sit scientia Sortis sive Platonis sive alicuius alterius individui, sine ista potest cognitio predicamentorum haberi, quia sine scientia Sortis potest scientia predicamentorum haberi a Platone, et e converso. Igitur nulla *(talis)* scientia est
20 necessaria aliqua necessitate ad cognitionem predicamentorum habendam.

- (CONCLUSIO TERTIA)* Tertia conclusio est ista quod non necesse est habere cognitionem generis ad *(cognitionem)* predicamentorum habendam. Istud probatur inductive, quia non istum necesse est, nec istum, et
25 sic de singulis, quia non tamen istum necesse *(est)* scire aliquam scientiam, igitur non istum necesse est habere aliquam scientiam generis ad scientiam predicamentorum habendam. Ista consequentia patet per rationes superius recitatas.

- (CONCLUSIO QUARTA)* Quarta conclusio est ista quod possibile est alii
30 quem habere scientiam predicamentorum sine scientia generis. Ista statim patet, quia possibile est aliquem habere scientiam aliquorum predicamentorum sine *(scientiam)* aliquorum predicabilium, utpote aliquarum substantiarum specialissimarum sine scientia generis.

- Contra istam conclusionem* instatur, quia genus et species sunt correlativa, igitur ad cognitionem unius sequitur cognitio alterius, et e converso.

6 quia] quia iter. E 22 non] nullum E 24 est] scire aliquam add. necnon del. E
25 non] tamen add. E

Ista consequentia patet per Aristotelem in *Predicamentis*, capitulo de *relatione*,³ ubi dicit quod *qui* diffinitive noverit unum relativorum, diffinitive cognoscit et reliquum; et antecedens est textus Porphyrii;⁴ igitur videtur quod species non potest cognosci sine cognitione generis.

Ad istud dicitur quod species non potest cognosci perfecte sine cognitione generis, quia species non potest cognosci nisi cognoscatur aliquid aliud esse genus respectu talis speciei, sicud pater non cognoscatur esse pater nisi cognoscatur habere filium, et sic intelligit Aristoteles in *Predicamentis*.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod ad perfectam cognitionem predicamentorum habendam necesse est necessitate con-

^{1va} ditionata cognitionem generis et aliorum universalium | haberi. Et hoc nihil aliud est dictum nisi quod talis conditionalis est vera: si predicamenta perfecte cognoscuntur ab aliquo, ab eodem haberetur cognitionis generis et aliorum universalium. Ista conclusio statim patet, quia predicamenta non sunt alia quam universalia; ergo, quicumque cognoscit perfecte predicamenta, ipse cognoscit universalia. Ista consequentia est de se nota, et antecedens etiam patet, quia predicamentum est coordinatio predicablem, et omne predicable de pluribus univoce est universale, sicud patet per diffinitionem universalis, et omne universale est genus vel species etcetera; igitur omne predicamentum componitur ex universalibus, et per consequens predicamentum non potest perfecte cognosci nisi cognoscantur universalia.

(CONCLUSIO SEXTA) Ultima conclusio est quod ad perfectam cognitionem predicamentorum habendam non est necesse necessitate absoluta cognitionis universalium haberi. Ista statim patet, quia non est necesse necessitate absoluta aliqua cognitionis predicamentorum vel universalium habere, quia nulla categorica est necessaria per quam significatur talem cognitionem haberi primo et principaliter.

^{11–12} conditionata] ad add. E ¹² universalium] haberi. Et hoc nihil aliud est dicere nisi quod talis conditionalis est vera si predicamenta perfecte cognoscuntur ab aliquo. Ab eodem haberetur diffinitio generis et aliorum universalium add. E. *Iste textus iteratur cum differentiis paululis initio verso folio 1.* ¹⁴ cognitionis] coniunctio E ¹⁶ quam] non E ²⁴ sexta] universale add. E

³ Aristoteles, *Predicamenta*, vi: 8a37–38: ‘si quis aliquid eorum quae sunt ad aliquid definite sciit, et illud ad quod dicitur definite sciturus est’ – tr. Boethii.

⁴ *Isagoge*, II, 2 (4, 7–9): ‘Nosse autem oportet (quod), quoniam et genus alicuius est genus et species alicuius est species, idcirco necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti’.

Et si dicatur quod ista categorica est necessaria: ‘Deus est’, et ista significat scientiam universalium, quia significat Deum secundum que est scientia necessaria omnium, *ad istud dupliciter dicitur*, primo quod conclusio intelligitur de scientia humana naturaliter generabili et acquiribili.

- 5 Secundo dicitur quod, quamvis ista propositio ‘Deus est’ significaret scientiam universalium esse, non tamen principaliter, quia voco ‘principaliter significare’ istud propriis conceptibus, quibus corresponderent proprii termini ad placitum, sicud ista propositio: ‘scientia universalium est principaliter scientiam universalium esse’, quia propriis conceptibus
- 10 vel proprio conceptu scientie, et voco ‘proprium conceptum scientie’ istum conceptum qui significat scientiam sic quod ipsam non significaret si non esset scientia, sed significat ipsam quia est scientia. Sed sic non est de isto conceptu *Deus*, quia, quamvis significaret scientiam, quia significat Deum qui est scientia, non tamen significat scientiam quia est
- 15 scientia, et ideo non est proprius conceptus scientie.

Post hoc respondendum est ad rationes:

- ⟨AD 1.⟩ Ad primum dicitur concedendo maiorem et negando minorem. Et ulterius negatur quod nihil potest sciri nisi sit verum vel falsum, quia res extra sciuntur que nec sunt vere nec false veritate vel falsitate
- 20 propositionali, quia ‘hominem scitur esse animal’, et ‘hominem esse scitur aliquid’ nec est verum nec falsum. Et ulterius dicitur negando istam “‘quid sit genus’ nec est verum nec falsum”, quia si supponat personaliter, tunc ‘quid sit genus’ in ista propositione: ‘scio quid est genus’ significat istam propositionem vel consimilem ‘genus est universale’ vel
 - 25 ‘genus est istud quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid’. Unde tantum est dictu, ‘scio quid est genus’, ‘scio quid genus est universale’, et tunc li ‘quid’ non ponitur interrogative, sed ‘quid est genus’ est oratio indicativa. Potest etiam ista oratio interrogativa ‘quid est genus’ cognosci et sciri extendendo nomen ‘scientie’ ad quamcumque
 - 30 cognitionem sive intellectionem.

⟨AD 2.⟩ Ad secundum argumentum dicitur concedendo quod necesse est scire quid sit | genus ad scientiam predicamentorum perfecte habendam necessitate conditionata, et non necessitate absoluta. Et ulterius, tunc negatur consequentia: ‘igitur aliqua scientia generis est necessaria’,

^{1vb}

¹⁰ proprio] proprie *E* ²¹ ulterius] conceditur *add. necnon del. E* ²² quid sit] quod est *E* ²⁶ dictu] dictum *E*

quia nulla scientia generis est necessaria, sicud probat articulum. Sed bene sequitur: ‘igitur necesse est aliquam scientiam generis haberi’, ponendo li ‘scientiam’ post necesse, quia tunc stabit confuse tantum.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur concedendo hoc antecedens ‘nullum necesse est scire quid sit genus’, et ulterius, negando consequentiam ‘igitur non est necesse aliquem scire’, et hoc ideo, quia arguitur a termino stante confuse et distributive ad terminum stantem confuse tantum. Et ideo non valet de forma, quia posito quod hec sit necessaria: ‘homo est’, tunc ista consequentia non valet: ‘nullum hominem necesse est esse’, quia ibi arguitur a sensu diviso ad sensum compositum, que consequentia non valet, sicud satis patet in *fallacia compositionis et divisionis*. Et per hoc patet ad residuum.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum dicitur quod Porphyrius nihil aliud vult ⟨quod⟩ talis conditionalis est necessaria: si ‘Chrysaorius debeat habere perfectam scientiam predicamentorum, oportet ipsum scire quid sit genus, quid species’, nec ex hoc sequitur quod necesse est ipsum scire quid sit genus aliqua necessitate absoluta.

4 nullum] nullum *sup. lin. E^c*
17 absoluta] absolute *E*

5 consequentiam] dicitur *add. E*

14 quod] in *E*

(QUESTIO 2)

Consequenter queritur utrum scire quid sit genus
etcetera sit necesse ad divisionem faciendam.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Nam multi grammatici et addiscentes grammaticam faciunt diversas divisiones grammaticales, ignorantes tamen quid sit genus et quid sit species. Non ⟨ergo⟩ est necesse ad divisionem faciendam.

⟨2.⟩ Item. Experientia haberetur quod multi logici in ydiomate nativo faciunt divisiones diversas, qui tamen ignorant quid sit genus et quid sit species.

⟨3.⟩ Item. Possibile est dividi genus in suas species ab aliquo ignorante tale divisum esse genus, vel talia dividentia esse species; igitur non est necesse sciri quid sit genus ad divisionem faciendam. Ista consequentia est plana, et antecedens declaratur, quia possibile est quod aliquis faciat 15 talem divisionem ‘animalium aliud rationale, aliud irrationale’, et quod ipse ignoret quod animal est genus, et quod homo sit species, quia de se notum est, et experientia satis potest haberi quod iste sunt taliter distincte et disparate propositiones: ‘quoddam animal est rationale’ et ‘quoddam animal est irrationale’ et ‘animal est genus’, quia ipse due 20 sciuntur a laycis; tertia non scitur nisi ab instructo in logica.

⟨4.⟩ Item. Divisiones naturales, utpote forme a materia et partium integralium ab invicem, possunt fieri sine scientia generis vel speciei generis; igitur scientia generis non est necessaria ad divisionem faciendam.

⟨5.⟩ Item. Sine scientia generis quecumque divisio potest fieri; 25 igitur scientia generis non est necessaria ad divisionem faciendam. Ista consequentia est plana, et antecedens patet inductive.

5 Nam] nam *add. necnon del. et exp. E* 11 dividi] quid sit *add. necnon del. et exp. E*
21 partium] *antegralium add. necnon del. et exp. E*

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum videtur quod sit textus Porphirii.¹

⟨DISTINCTIONES⟩ In ista questione presupponuntur distinctiones posite in precedenti questione. Et ulterius ponitur ista distinctio quod quedam est divisio realis et quedam logicalis.

Realis divisio vocatur ista qua partes essentiales vel integrales alicuius rei ab invicem separantur, quali divisione anima separatur a corpore et una pars integralis linee ab alia parte. 5

Divisio vero logicalis vocatur ista qua aliquod signum commune contrahitur pro aliquibus significatis per aliquam differentiam vel per aliquam suam speciem, sicud hoc signum commune ‘animal’, quando additur sibi hec differentia *irrationale*, contrahitur ad standum pro aliis suis significatis. 10

Et ista divisio subdividitur, quia quedam est essentialis et quedam accidentalis.

Essentialis dicitur ista qua aliquod commune dividitur vel per suas differentias specificas sive essentiales, vel per sua inferiora per se. 15

Prima divisio⟨ne⟩ potest ⟨genus⟩ dividi in suas species per suas differentias specificas. Secunda divisione, scilicet, per sua per se inferiora, potest species specialissima de se dividi per sua supposita, sed non per differentiam specificam, quia species specialissima non habet divisiones 20 specificas divisivas, sed tantummodo constitutivas. Exemplum primi, ut ‘animalium aliud rationale, aliud irrationale’; exemplum secundi, ut ‘hominum alias Sortes, alias Plato’.

Divisio vera accidentalis est ista qua aliquis terminus substantialis sive accidentalis dividitur per aliquos terminos accidentales, ut ‘hominum 25 alias longus, alias brevis’, ‘alborum aliud dulce, aliud amarum’.

Et ex isto infertur unum correlarium, videlicet quod divisione accidentaliter minus commune dividitur per communiora, quia clarum est quod quilibet istorum terminorum ‘breve’ et ‘longum’ communior est quam iste terminus ‘homo’. 30

7 pars] integra add. E 8 vero] vere E | aliquod] aliqua E | signum] singnum (*sic*) E 8–9 contrahitur] contrariatur E 9 aliquibus] sciendum add. E 18 Secunda] Sed ista E | sua] specie add. necnon del. E 24 accidentalis] dividitur add. necnon del. E | est ista qua] est ista qua mg. E^c 25 terminos] sive add. E | hominum] add. 2 litt.(?) E 30 quam] quam iter. E

¹ *Isagoge*, prooem., 1 (1, 1–7): ‘Cum sit necessarium, Chrysaori, (...) nosse quid genus sit et quid differentia quidque species et quid proprium et quid accidens, (...) ad ea quae in divisione (...) sunt, etc.’

(CONCLUSIO PRIMA) Istis habitis sequuntur aliique conclusiones, quarum prima est ista quod ad nullam divisionem realem faciendam est necesse scire quid sit genus. Et patet conclusio ista de se.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod ad nullam

- 5 divisionem logicalem faciendam est necesse scire quid sit genus. Ista conclusio declaratur, quia divisio essentialis qua dividitur genus per suas specificas differentias, potest fieri sine hoc quod sciatur quid sit genus, quia clarum est quod aliquis potest facere estas duas propositiones: ‘quoddam animal est rationale’, ‘quoddam est irrationale’ et per consequens sic dividere:
- 10 ‘animalium quoddam rationale et quoddam irrationale’ sine hoc quod sciat istam ‘animal est genus’.

Divisio etiam qua species specialissima dividitur in sua per se inferiora potest fieri ab aliquo sine hoc quod talis sciat quid sit species, quia aliquis potest scire estas duas propositiones ‘Sortes est homo’ et ‘Plato est homo’

- 15 et per consequens sic dividere ‘hominum alius Sortes, alius Plato’ sine | 2^{rb} hoc quod sciat istam propositionem ‘homo est species’.

Item, aliquis potest scire quod homo est species sine hoc quod sciat quid sit species, quia scire quid sit species, est scire speciem diffinitive, vel saltem scire aliquod predicatum verificari de specie in quid, et hoc

- 20 non oportet sciri ab aliquo qui s(c)it quod homo est species, quia iste terminus ‘species’ non predicitur in quid de isto termino ‘homo’, nec e converso. Et patet ista per predicta.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod necesse est scire quid sit genus **(necessitate)** conditionata ad faciendam aliquam divisio-

- 25 nem qua scit **(talem)** esse generis in suas species vel speciei in sua per se inferiora. Et hoc nihil aliud est dictu quam quod talis conditionalis est necessaria: ‘si aliquis scit quod aliqua est divisio generis in suas species vel speciei in sua per se inferiora, ipse scit quid sit genus, quid species, etcetera’. Ista conclusio declaratur, quia, si aliquis scit aliquam divisionem
- 30 esse generis in suas species, ipse scit quod genus dividitur in suas species, et per consequens ipse scit quod aliquid est genus, et aliquid species.

Contra istam conclusionem arguitur: possibile quod aliquis cui credis dicat tibi ‘genus dividitur in suas species’ sine hoc quod tu scis quid sit genus et quid species, et tamen tu scis quod genus dividitur in suas

- 35 species, sicud tu scis quod Roma est pulchra civitas, quia tu credis

9–10 dividere] diffinire E 12 sua] suas E | inferiora] inferioras E 15 Plato]
Platonis E 20 quia] quorum E 22 ista] igitur E 24 genus] ad add. necnon del. et
exp. E 34 tamen] tunc E

dicentibus; igitur ad faciendam aliquam divisionem generis in suas species non est necesse scire quid sit genus, etcetera.

Ad istud dicitur breviter quod conclusio intelligitur de notitia distinctiva, qua aliquis scit dividere genus in suas species, et qua scit tale divisum esse genus et talia dividentia esse species. 5

Post hoc sequuntur responsiones ad rationes principales.

⟨AD 1.⟩ Ad quarum primam dicitur concedendo antecedens et consequentiam, quia nesciunt se dividere genus in suas species sic quod sciant tale divisum esse genus, et talia dividentia esse species, quia ad sic divisum respondetur scire quid sit genus ad intellectum predictum. 10

⟨AD 2.⟩ Ad secundum est idem, quia, quamvis logici faciunt divisionem, nesciunt se artificialiter dividere in suas species, vel speciem in sua per se inferiora, sic quod sciant talia divisa esse genus vel species et talia divisa esse genus vel species, et talia dividentia esse species vel per se inferiora ad species, ad quem intellectum loquitur Porphirius. 15

⟨AD 3.⟩ Ad tertiam rationem similiter patet per predicta, quia conceditur antecedens, quia clarum est quod aliquis potest dividere genus in suas species et ignorare se dividere genus in suas species, sicut supponit argumentum. Et ulterius conceditur quod ad faciendam divisionem generis in suas species non est necesse scire quid sit genus etcetera, sed 20

^{2va} dividens sciat talem | divisionem esse generis in suas species et talem divisum esse genus et talia dividentia esse species, necesse est scire quid sit genus etcetera, et sic intelligit Porphirius.

⟨AD 4.⟩ Ad aliam rationem dicitur quod Porphirius sic intelligit de divisione logicali ad intellectum predictum, et non de divisione reali de qua concludit argumentum. 25

⟨AD 5.⟩ Ad ultimum argumentum patet diffinitive per predicta in precedenti questione.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Qualiter argumentum ad oppositum 30 intelligitur, patet etiam ⟨per⟩ predicta.

4 aliquis scit] quamvis sit *E* 14 esse] species *add. necnon del. E* 19 ad] per *E*
26 reali] realiter *E* 30 Qualiter] etcetera *add. E*

(QUESTIO 3)

Consequenter queritur utrum noscere quid sit
genus sit necessarium ad assignationem diffinitionum.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Non est necessarium aliquam diffinitionem assignari; igitur nosci quid sit genus, non est necessarium ad diffinitionem assignandam. Consequentia videtur evidens, et antecedens patet, quia si esset necessarium aliquam diffinitionem assignari, tunc impossibile esset aliquam diffinitionem non assignari. Ista consequentia patet ⟨per⟩ equipollentias modaliū, et consequens est falsum, sicud de se notum; igitur et antecedens.

10 15 20 25 30 35 40 45 50 55 60 65 70 75 80 85 90 95 100 105 110 115 120 125 130 135 140 145 150 155 160 165 170 175 180 185 190 195 200 205 210 215 220 225 230 235 240 245 250 255 260 265 270 275 280 285 290 295 300 305 310 315 320 325 330 335 340 345 350 355 360 365 370 375 380 385 390 395 400 405 410 415 420 425 430 435 440 445 450 455 460 465 470 475 480 485 490 495 500 505 510 515 520 525 530 535 540 545 550 555 560 565 570 575 580 585 590 595 600 605 610 615 620 625 630 635 640 645 650 655 660 665 670 675 680 685 690 695 700 705 710 715 720 725 730 735 740 745 750 755 760 765 770 775 780 785 790 795 800 805 810 815 820 825 830 835 840 845 850 855 860 865 870 875 880 885 890 895 900 905 910 915 920 925 930 935 940 945 950 955 960 965 970 975 980 985 990 995 1000 1005 1010 1015 1020 1025 1030 1035 1040 1045 1050 1055 1060 1065 1070 1075 1080 1085 1090 1095 1100 1105 1110 1115 1120 1125 1130 1135 1140 1145 1150 1155 1160 1165 1170 1175 1180 1185 1190 1195 1200 1205 1210 1215 1220 1225 1230 1235 1240 1245 1250 1255 1260 1265 1270 1275 1280 1285 1290 1295 1300 1305 1310 1315 1320 1325 1330 1335 1340 1345 1350 1355 1360 1365 1370 1375 1380 1385 1390 1395 1400 1405 1410 1415 1420 1425 1430 1435 1440 1445 1450 1455 1460 1465 1470 1475 1480 1485 1490 1495 1500 1505 1510 1515 1520 1525 1530 1535 1540 1545 1550 1555 1560 1565 1570 1575 1580 1585 1590 1595 1600 1605 1610 1615 1620 1625 1630 1635 1640 1645 1650 1655 1660 1665 1670 1675 1680 1685 1690 1695 1700 1705 1710 1715 1720 1725 1730 1735 1740 1745 1750 1755 1760 1765 1770 1775 1780 1785 1790 1795 1800 1805 1810 1815 1820 1825 1830 1835 1840 1845 1850 1855 1860 1865 1870 1875 1880 1885 1890 1895 1900 1905 1910 1915 1920 1925 1930 1935 1940 1945 1950 1955 1960 1965 1970 1975 1980 1985 1990 1995 2000 2005 2010 2015 2020 2025 2030 2035 2040 2045 2050 2055 2060 2065 2070 2075 2080 2085 2090 2095 2100 2105 2110 2115 2120 2125 2130 2135 2140 2145 2150 2155 2160 2165 2170 2175 2180 2185 2190 2195 2200 2205 2210 2215 2220 2225 2230 2235 2240 2245 2250 2255 2260 2265 2270 2275 2280 2285 2290 2295 2300 2305 2310 2315 2320 2325 2330 2335 2340 2345 2350 2355 2360 2365 2370 2375 2380 2385 2390 2395 2400 2405 2410 2415 2420 2425 2430 2435 2440 2445 2450 2455 2460 2465 2470 2475 2480 2485 2490 2495 2500 2505 2510 2515 2520 2525 2530 2535 2540 2545 2550 2555 2560 2565 2570 2575 2580 2585 2590 2595 2600 2605 2610 2615 2620 2625 2630 2635 2640 2645 2650 2655 2660 2665 2670 2675 2680 2685 2690 2695 2700 2705 2710 2715 2720 2725 2730 2735 2740 2745 2750 2755 2760 2765 2770 2775 2780 2785 2790 2795 2800 2805 2810 2815 2820 2825 2830 2835 2840 2845 2850 2855 2860 2865 2870 2875 2880 2885 2890 2895 2900 2905 2910 2915 2920 2925 2930 2935 2940 2945 2950 2955 2960 2965 2970 2975 2980 2985 2990 2995 3000 3005 3010 3015 3020 3025 3030 3035 3040 3045 3050 3055 3060 3065 3070 3075 3080 3085 3090 3095 3100 3105 3110 3115 3120 3125 3130 3135 3140 3145 3150 3155 3160 3165 3170 3175 3180 3185 3190 3195 3200 3205 3210 3215 3220 3225 3230 3235 3240 3245 3250 3255 3260 3265 3270 3275 3280 3285 3290 3295 3300 3305 3310 3315 3320 3325 3330 3335 3340 3345 3350 3355 3360 3365 3370 3375 3380 3385 3390 3395 3400 3405 3410 3415 3420 3425 3430 3435 3440 3445 3450 3455 3460 3465 3470 3475 3480 3485 3490 3495 3500 3505 3510 3515 3520 3525 3530 3535 3540 3545 3550 3555 3560 3565 3570 3575 3580 3585 3590 3595 3600 3605 3610 3615 3620 3625 3630 3635 3640 3645 3650 3655 3660 3665 3670 3675 3680 3685 3690 3695 3700 3705 3710 3715 3720 3725 3730 3735 3740 3745 3750 3755 3760 3765 3770 3775 3780 3785 3790 3795 3800 3805 3810 3815 3820 3825 3830 3835 3840 3845 3850 3855 3860 3865 3870 3875 3880 3885 3890 3895 3900 3905 3910 3915 3920 3925 3930 3935 3940 3945 3950 3955 3960 3965 3970 3975 3980 3985 3990 3995 4000 4005 4010 4015 4020 4025 4030 4035 4040 4045 4050 4055 4060 4065 4070 4075 4080 4085 4090 4095 4100 4105 4110 4115 4120 4125 4130 4135 4140 4145 4150 4155 4160 4165 4170 4175 4180 4185 4190 4195 4200 4205 4210 4215 4220 4225 4230 4235 4240 4245 4250 4255 4260 4265 4270 4275 4280 4285 4290 4295 4300 4305 4310 4315 4320 4325 4330 4335 4340 4345 4350 4355 4360 4365 4370 4375 4380 4385 4390 4395 4400 4405 4410 4415 4420 4425 4430 4435 4440 4445 4450 4455 4460 4465 4470 4475 4480 4485 4490 4495 4500 4505 4510 4515 4520 4525 4530 4535 4540 4545 4550 4555 4560 4565 4570 4575 4580 4585 4590 4595 4600 4605 4610 4615 4620 4625 4630 4635 4640 4645 4650 4655 4660 4665 4670 4675 4680 4685 4690 4695 4700 4705 4710 4715 4720 4725 4730 4735 4740 4745 4750 4755 4760 4765 4770 4775 4780 4785 4790 4795 4800 4805 4810 4815 4820 4825 4830 4835 4840 4845 4850 4855 4860 4865 4870 4875 4880 4885 4890 4895 4900 4905 4910 4915 4920 4925 4930 4935 4940 4945 4950 4955 4960 4965 4970 4975 4980 4985 4990 4995 5000 5005 5010 5015 5020 5025 5030 5035 5040 5045 5050 5055 5060 5065 5070 5075 5080 5085 5090 5095 5100 5105 5110 5115 5120 5125 5130 5135 5140 5145 5150 5155 5160 5165 5170 5175 5180 5185 5190 5195 5200 5205 5210 5215 5220 5225 5230 5235 5240 5245 5250 5255 5260 5265 5270 5275 5280 5285 5290 5295 5300 5305 5310 5315 5320 5325 5330 5335 5340 5345 5350 5355 5360 5365 5370 5375 5380 5385 5390 5395 5400 5405 5410 5415 5420 5425 5430 5435 5440 5445 5450 5455 5460 5465 5470 5475 5480 5485 5490 5495 5500 5505 5510 5515 5520 5525 5530 5535 5540 5545 5550 5555 5560 5565 5570 5575 5580 5585 5590 5595 5600 5605 5610 5615 5620 5625 5630 5635 5640 5645 5650 5655 5660 5665 5670 5675 5680 5685 5690 5695 5700 5705 5710 5715 5720 5725 5730 5735 5740 5745 5750 5755 5760 5765 5770 5775 5780 5785 5790 5795 5800 5805 5810 5815 5820 5825 5830 5835 5840 5845 5850 5855 5860 5865 5870 5875 5880 5885 5890 5895 5900 5905 5910 5915 5920 5925 5930 5935 5940 5945 5950 5955 5960 5965 5970 5975 5980 5985 5990 5995 6000 6005 6010 6015 6020 6025 6030 6035 6040 6045 6050 6055 6060 6065 6070 6075 6080 6085 6090 6095 6100 6105 6110 6115 6120 6125 6130 6135 6140 6145 6150 6155 6160 6165 6170 6175 6180 6185 6190 6195 6200 6205 6210 6215 6220 6225 6230 6235 6240 6245 6250 6255 6260 6265 6270 6275 6280 6285 6290 6295 6300 6305 6310 6315 6320 6325 6330 6335 6340 6345 6350 6355 6360 6365 6370 6375 6380 6385 6390 6395 6400 6405 6410 6415 6420 6425 6430 6435 6440 6445 6450 6455 6460 6465 6470 6475 6480 6485 6490 6495 6500 6505 6510 6515 6520 6525 6530 6535 6540 6545 6550 6555 6560 6565 6570 6575 6580 6585 6590 6595 6600 6605 6610 6615 6620 6625 6630 6635 6640 6645 6650 6655 6660 6665 6670 6675 6680 6685 6690 6695 6700 6705 6710 6715 6720 6725 6730 6735 6740 6745 6750 6755 6760 6765 6770 6775 6780 6785 6790 6795 6800 6805 6810 6815 6820 6825 6830 6835 6840 6845 6850 6855 6860 6865 6870 6875 6880 6885 6890 6895 6900 6905 6910 6915 6920 6925 6930 6935 6940 6945 6950 6955 6960 6965 6970 6975 6980 6985 6990 6995 7000 7005 7010 7015 7020 7025 7030 7035 7040 7045 7050 7055 7060 7065 7070 7075 7080 7085 7090 7095 7100 7105 7110 7115 7120 7125 7130 7135 7140 7145 7150 7155 7160 7165 7170 7175 7180 7185 7190 7195 7200 7205 7210 7215 7220 7225 7230 7235 7240 7245 7250 7255 7260 7265 7270 7275 7280 7285 7290 7295 7300 7305 7310 7315 7320 7325 7330 7335 7340 7345 7350 7355 7360 7365 7370 7375 7380 7385 7390 7395 7400 7405 7410 7415 7420 7425 7430 7435 7440 7445 7450 7455 7460 7465 7470 7475 7480 7485 7490 7495 7500 7505 7510 7515 7520 7525 7530 7535 7540 7545 7550 7555 7560 7565 7570 7575 7580 7585 7590 7595 7600 7605 7610 7615 7620 7625 7630 7635 7640 7645 7650 7655 7660 7665 7670 7675 7680 7685 7690 7695 7700 7705 7710 7715 7720 7725 7730 7735 7740 7745 7750 7755 7760 7765 7770 7775 7780 7785 7790 7795 7800 7805 7810 7815 7820 7825 7830 7835 7840 7845 7850 7855 7860 7865 7870 7875 7880 7885 7890 7895 7900 7905 7910 7915 7920 7925 7930 7935 7940 7945 7950 7955 7960 7965 7970 7975 7980 7985 7990 7995 8000 8005 8010 8015 8020 8025 8030 8035 8040 8045 8050 8055 8060 8065 8070 8075 8080 8085 8090 8095 8100 8105 8110 8115 8120 8125 8130 8135 8140 8145 8150 8155 8160 8165 8170 8175 8180 8185 8190 8195 8200 8205 8210 8215 8220 8225 8230 8235 8240 8245 8250 8255 8260 8265 8270 8275 8280 8285 8290 8295 8300 8305 8310 8315 8320 8325 8330 8335 8340 8345 8350 8355 8360 8365 8370 8375 8380 8385 8390 8395 8400 8405 8410 8415 8420 8425 8430 8435 8440 8445 8450 8455 8460 8465 8470 8475 8480 8485 8490 8495 8500 8505 8510 8515 8520 8525 8530 8535 8540 8545 8550 8555 8560 8565 8570 8575 8580 8585 8590 8595 8600 8605 8610 8615 8620 8625 8630 8635 8640 8645 8650 8655 8660 8665 8670 8675 8680 8685 8690 8695 8700 8705 8710 8715 8720 8725 8730 8735 8740 8745 8750 8755 8760 8765 8770 8775 8780 8785 8790 8795 8800 8805 8810 8815 8820 8825 8830 8835 8840 8845 8850 8855 8860 8865 8870 8875 8880 8885 8890 8895 8900 8905 8910 8915 8920 8925 8930 8935 8940 8945 8950 8955 8960 8965 8970 8975 8980 8985 8990 8995 9000 9005 9010 9015 9020 9025 9030 9035 9040 9045 9050 9055 9060 9065 9070 9075 9080 9085 9090 9095 9100 9105 9110 9115 9120 9125 9130 9135 9140 9145 9150 9155 9160 9165 9170 9175 9180 9185 9190 9195 9200 9205 9210 9215 9220 9225 9230 9235 9240 9245 9250 9255 9260 9265 9270 9275 9280 9285 9290 9295 9300 9305 9310 9315 9320 9325 9330 9335 9340 9345 9350 9355 9360 9365 9370 9375 9380 9385 9390 9395 9400 9405 9410 9415 9420 9425 9430 9435 9440 9445 9450 9455 9460 9465 9470 9475 9480 9485 9490 9495 9500 9505 9510 9515 9520 9525 9530 9535 9540 9545 9550 9555 9560 9565 9570 9575 9580 9585 9590 9595 9600 9605 9610 9615 9620 9625 9630 9635 9640 9645 9650 9655 9660 9665 9670 9675 9680 9685 9690 9695 9700 9705 9710 9715 9720 9725 9730 9735 9740 9745 9750 9755 9760 9765 9770 9775 9780 9785 9790 9795 9800 9805 9810 9815 9820 9825 9830 9835 9840 9845 9850 9855 9860 9865 9870 9875 9880 9885 9890 9895 9900 9905 9910 9915 9920 9925 9930 9935 9940 9945 9950 9955 9960 9965 9970 9975 9980 9985 9990 9995 9999

7 quia] sic add. necnon del. E 9 non] non sup. lin. E 18 sicud] Aris(?) add. E
22 istud] istud sup. lin. E^c 24 Nec] non add. E 25 genus per tale] per tale genus
transp. E. 25–26 per aliquod] aliquod per E

1 Isagoge, II, 10 (6, 5–7): ‘Neque enim est commune unum genus omnium ens nec omnia eiusdem generis sunt secundum unum supremum genus (...)’

eiusdem alterius non est notius ipso, sicud elici potest ab Aristotele primo *Physicorum*,² ubi vult quod noti(or)a nobis sint confusa magis.

⟨5.⟩ Item. Si genus diffinitur per genus, esset processus ⟨in⟩ infinitum, quia oporteret genus diffiniri per aliud genus.

⟨6.⟩ Item. Possibile esset aliquem assignare aliquam diffinitionem qui tamen non cognosceret quid esset genus; ergo noscere quid sit, non est necessarium ad assignandam diffinitionem. Consequentia est nota; et antecedens patet de pueris qui formantur ad respondandum diffinitive ad multa interrogata, qui tamen ignorant quid sit genus, sicud patet de illis qui instruuntur ad respondendum | diffinitive talibus interrogationibus ‘quid est nomen?’, ‘quid est pronomen?’, ‘quid est verbum?’ etcetera.^{2vb}

⟨AD OPPOSITUM, 1.⟩ Ad oppositum est Porphyrius in principio sui prohemii,³ ut videtur.

⟨AD OPPOSITUM, 2.⟩ Item. Omnis bona diffinitio datur per genus ad differentiam specificam, ergo necesse est noscere quid sit genus ad diffinitum assignandam. Consequentia videtur evidens, et antecedens per Aristotelem, tertio *Topicorum*.⁴

⟨DISTINCTIONES⟩ In ista questione presuppositis distinctionibus in questionibus precedentibus declaratis additur una diffinitio quid ⟨rei⟩ et una quid nominis.

⟨DISTINCTIO PRIMA: DIFFINITIO QUID REI⟩ Diffinitio vero quid rei accipitur dupliciter, quia quedam est que datur per essentialia, idest: per terminos essentiales nihil extrinseca connotantes cuiusmodi sunt genus diffiniti, et differentia specifica, et vocatur diffinitio propriissime dicta. Alia est diffinitio quid rei que datur per propria sive accidentalia et per genus diffiniti, ut si homo diffiniretur: ‘homo est animal risibile’ vel ‘homo est animal recte sedens’, et vocatur per Aristotelem ‘diffinitio

⁷ assignandam] assignationem *E* ¹⁰ instruuntur] informantur *E* | ad] ins(?) add. *necnon del.* *E* ¹⁹ una] est sup. lin. add. *E* ²⁶ homo] est animal add. *necnon del.* et exp. *E*

² Aristoteles, *Physica* I, 1, 184a21–22: ‘Sunt autem nobis primum manifesta et certa que confuse magis’ – tr. veterus.

³ *Isagoge*, prooem., 1 (1, 1–7): ‘Cum sit necessarium, Chrysaori, (...) nosse quid genus sit (...) ad definitionum assignationem etc.’

⁴ Vel potius Aristoteles, *Topica* VI, 4, 141b25–28: ‘si quidem oportet per genus et differentias diffinire eum qui bene diffinit’ – tr. Boethii. *Auctoritates* 328 (93): ‘Omnis bona definitio debet constare ex genere et differentiis, quia ista sunt priora et notiora quam species quae definitur.’ (Aristoteles, *Topica* VI, 4, 141b25–28).

data per additamentum,⁵ et a Boethio vocatur ‘descriptio’ sive ‘descriptiva oratio’.⁶

(DISTINCTIO SECUNDA: DIFFINITIO QUID NOMINIS) Diffinitio vero quid nominis vocatur oratio indicans quid nomen significat, convertibilis cum 5 tali nomine, quam non oportet aliquod genus intrare.

(CONCLUSIO PRIMA) Prima conclusio est ista quod sine genere potest diffinitio quid nominis assignari. Ista conclusio patet inductive, quia sine isto genere et sine isto et sic de singulis.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod nulla diffinitio 10 quid rei potest assignari sine omni genere vel sine genere istius. Ista conclusio probatur: omnis diffinitio quid rei declaratur per genus, et, si non datur per genus, non est diffinitio quid rei; ergo nulla diffinitio quid rei potest assignari sine genere. Ista consequentia patet, et antecedens patet per predictam distinctionem.

15 *(CONCLUSIO TERTIA)* Tertia conclusio est ista quod, si sit notitia generis, omnis diffinitio potest assignari, quia sub ista notitia generis et sine ista nec de singulis.

(CONCLUSIO QUARTA) Ex ista sequitur quarta conclusio, quod nulla notitia †generis(?) humana sive e ... a(?)† est necessaria ad aliquam 20 diffinitionem assignandam. Et ista similiter patet inductive.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est hec quod diffinitio quid rei potest assignari ab aliquo sine hoc quod sciatur quid sit genus diffinitive ab eodem. Ista declaratur, quia possibile est aliquem investigare naturam hominis et eandem diffinire ad hoc quod sciat hominem esse animal 25 rationale mortale sine hoc quod sciat istu⟨m⟩ terminum ‘homo’ esse speciem, vel aliquem | terminum esse speciem, et sine hoc quod sciat aliquem terminum esse genus; impossibile est aliquam diffinitionem quid rei assignari ab aliquo sine hoc quod sciatur ab eodem quid sit genus; *(igitur)* etcetera. 3^{ra}

⁷ diffinitio] rei et add. E 10 genere] vel sine communi (*sic*) add. E (istius add. necnon del. E) | istius] istius add. necnon del.(?) E 24 diffinire] devinire E 25 terminum] tantum E 26 terminum] tantum E | esse] hominem add. necnon del. et exp. E 27 terminum] tantum E

5 Aristoteles, *Metaphyica*, VII, 1031a1–3: ‘Palam itaque quia solius substantie est diffinitio. Nam et si aliarum cathegoriarum, necesse est ex additione esse.’ *Auctoritates* 129 (164): ‘Definitio accidentium fit per additamentum, scilicet substantiae.’ (Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 4, n. 1345. Cf. Aristoteles, *Metaphys.*, Z5, 1031a1–3).

6 Locus non inventus.

Ista consequentia patet. Et antecedens patet, quia iste due propositiones ‘homo est animal rationale mortale’ et ‘aliquis terminus est genus’, vel ‘aliquid est genus’ vel ‘genus est quod predicitur de pluribus specie differentibus’ etcetera sunt omnino propositiones disparate vel in nullo ad se invicem dependentes vel aliquam ordinem habentes; igitur una potest sciri sine relinqua, et e converso, quia, si non, pari ratione dicere quod ista propositio ‘Deus (est)’ non potest sciri nisi sciretur ista ‘Sortes currit’, quia ita disparate sunt predicte propositiones sicud iste.

(CONCLUSIO SEXTA) Sexta conclusio est ista quod necesse est necessitate conditionata scientem se diffinire diffinitione quid rei scire quid sit genus etcetera, et hoc nihil aliud est dictu nisi quod ista conditionalis est vera: si aliquis diffiniat diffinitione quid rei artificialiter sic quod sciat se diffinire diffinitione quid rei, ipse scit quid sit genus. Ista conclusio declaratur, quia si talis taliter debeat diffinire, ipse scit quid est diffinitio quid rei, et si scit quid diffinitio quid rei sit, quod talis diffinitio per genus datur, et si sic diffiniat sciendo se diffinire, ipse scit quid sit genus, quia, si ignoret quod est genus, nec sciret utrum diffiniret per genus vel non. Patet igitur conclusio predicta.

(CONCLUSIO SEPTIMA) Septima conclusio est ista quod possibile est aliquem scire aliquam diffinitionem dari per genus sine hoc quod talis sciat quid sit genus diffinitive, sicud patet de se, quia possibile est discipulum credere magistro dicenti istam diffinitionem ‘animal rationale mortale’ per genus assignari, sine hoc quod sciat quid sit genus diffinitive, sicud de se patet.

(ALIE CONCLUSIONES) Alie conclusiones circa istam materiam possent hic poni, que satis faciliter ex precedentibus eliciuntur.

Ad rationes principales respondetur:

(AD 1.) Ad primam dicitur concedendo consequentiam et consequens loquendo de necessitate absoluta.

(AD 2.) Ad secundum dicitur concedendo antecedens, et consequens ad intellectum iam dictum. Consequentia tamen in uno sensu posset negari, sicud patet per penultimam conclusionem istius questionis, et patet totum per superius dicta.

(AD 3. ET 4.) Ad tertium per idem, et etiam ad quartum.

¹ quia] quia iter. *E* ² aliquis] alius *E* ⁷ potest] ?? add. necnon del. *E* ¹¹ ista] alius *E* ¹⁴ diffinitio] per genus datur add. necnon del. et exp. *E*

⟨AD 5.⟩ Ad quintum etiam patet, quia conceditur quod non omnis diffinitio datur per genus, sicud diffinitio quid nominis, sed sufficit quod datur per aliquod notius sive communius.

- ⟨AD 6.⟩ Ad sextum dicitur totum concedendo, sed auctor intelligit
- 5 talem esse indiffinibilem: si quis debeat diffinire diffinitione quid rei artificialiter, | oportet ipsum cognoscere quid sit genus et quid species ^{3^{rb}} etcetera.

⟨AD 1. IN OPPOSITUM⟩ Ad primum in oppositum: patet per iam dicta qualiter auctor intelligit.

- 10 ⟨AD 2. IN OPPOSITUM⟩ Ad aliud dicitur: negando antecedens, quia diffinitio quid nominis est una diffinitio, tamen non oportet aliquam talem dari per genus. Si tamen intelligatur per veram diffinitionem propriissime dictam, et sic conceditur antecedens, et negatur consequentia loquendo de necessitate absoluta, sicud superius dicebatur.

- 15 Et sic est finis questionis.

5 talem esse indiffinibilem] tale est indi ... E^m E | quis] qns(?) E 6 ipsum] ipsam E

(QUESTIO 4)

Consequenter queritur utrum universale sit *(in) intellectu*.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non,

quia si esset *(in) intellectu*, *(vel esset)* ab intellectu causatum, vel ab obiecto. Non primo, quia intellectus secundum Aristotelem, secundo¹ et tertio² *De anima*, est potentia passiva, et per consequens non causat aliiquid in genere cause efficientis.

⟨2.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod intellectus alteraret semetipsum causando in ipso universale, et per consequens moveret semetipsum. Quod est contra Aristotelem, sexto *Physicorum*,³ ubi vult quod omne *(quod)* movetur, ab alio movetur. Ab hoc deducitur, cum non sit processus in infinito, aliquod esse movens immobile.⁴

⟨3.⟩ Item. Si sic, cum omne agens sit actu tale quale patiens est in potentia et non actu, sicud patet primo *De generatione*⁵ et secundo *De anima*,⁶ sequeretur quod intellectus idem numero esset aliquo modo actu

9 Quod] non add. E 11 deducitur] deductus E

1 Locus non inventus.

2 *Auctoritates* 185 (136): ‘Intellectus est pars animae. Intelligere est pati.’ (Cf. Aristoteles, *De anima*, Γ4, 429a10–11, 13–14.); *Auctoritates* 187 (155): ‘Intellectus noster est ens in potentia.’ (Cf. S. Thomas, *In De anima*, III, lect. 11, n. 759; Cf. Aristoteles, *De anima*, Γ6, 430b23–24).

3 Vel potius Aristoteles, *Physica* VII, 1, 241b24: ‘Omne quod movetur necesse est ab aliquo moveri’ – tr. vetus. *Auctoritates* 155 (183): ‘Omne quod movetur ab aliquo movetur.’

4 Aristoteles, *Physica* VII, 1, 242a19–20: ‘Neque in infinitum adibit, sed stabit alicubi et erit aliquod quod primum causa erit motus’ – tr. vetus. *Auctoritates* 155 (184): ‘In moventibus et motis non est ire in infinitum et ergo necesse est devenire ad primum motorem.’ (Cf. Aristoteles, *Physica*, H1, 242a15–20).

5 Cf. Aristoteles *De generatione et corruptione* I, 9, 326b30–34: ‘Quo autem modo existit generare entibus et facere et pati, dicamus accipientes principium dictum multotiens. Si enim est hoc quidem potestate, hoc autem actu tale, innatum est non tum quidem, tum autem non pati, sed ubique secundum quantum est tale, magis autem et minus secundum quod tale magis et minus.’ Cf. *Auctoritates* 168 (13): ‘Agens et patiens sunt in principio dissimilia et in fine sunt similia, similia in genere, dissimilia in specie.’ (Aristoteles, *De generatione et corruptione*, A7, 324a10–14, 323b31–33).

6 *Auctoritates* 181 (91): ‘Agens et patiens in principio sunt dissimilia, in fine vero similia.’ (Aristoteles, *De anima*, B5, 417a18–21; Cf. S. Thomas, *In De anima*, II, lect. 10, n. 351).

- quale non esset actu, quod includit contradictionem. Nec potest dici quod causaretur ab obiecto: primo, quia omne agens naturale agit per contactum, sicud patet per Aristotelem, tertio⁷ et quinto⁸ *Physicorum*; sed obiectum non tangit intellectum, cum intellectus sit indivisibilis, et
- 5 per consequens intangibilis, ergo obiectum non potest aliquid causare in ipso intellectu. Secundo quia universale frequenter est quando obiectum non est, sicud conceptus universalis rose potest esse rosa non existente, sicud in experiendo patet, et per consequens talis conceptus non causatur a rosa, quia non ens nihil causat.
- 10 <4.> Item. Nullum predicabile de pluribus est <in> intellectu; omne universale est predicabile de pluribus; ergo nullum universale est <in> intellectu. Maior patet per diffinitionem universalis, et minor probatur, quia, si aliquod predicabile de pluribus esset <in> intellectu, cum omnis predicatione sit in propositione, sequeretur quod propositiones essent <in>
- 15 intellectu vel saltem possent esse in quibus universale esset predicabile de pluribus, et per consequens tales propositiones possint esse in intellectu: ‘omnis homo est homo’, ‘omnis homo est substantia’, et sic de aliis. Sed consequens est falsum; igitur etcetera. Et quod consequens sit falsum, declaratur primo quantum ad primam propositionem, secundo quan-
- 20 tum ad secundam.

<PRIMO QUANTUM AD PRIMAM PROPOSITIONEM> Si tales propositiones essent in intellectu: ‘omnis homo est homo’, ‘omne animal est animal’, in quibus idem predicitur de seipso, sequeretur quod due res eiusdem speciei specialissime non facientes per se unum possint simul esse in eodem subiecto, et per consequens due scientie eiusdem speciei specialissime, utpote due grammaticae vel due logice, possunt simul esse | in eodem 3^{va} subiecto, quod est contra Aristotelem in *De sensu et sensato*.⁹ Apparet etiam ratione quod sit inconveniens, quia non alia ratione due logice possunt simul esse in eodem subiecto quam tres vel quattuor, et sic in infinito.

11 predicable] corr. ex *predicabilis* E 12 per] per iter. E 17 sic] nec E
18 consequens] genus E 21 Si] ?? add. necnon del. E 29 sic] nec E

7 Aristoteles, *Physica* III, 2, 202a7–9.

8 Aristoteles, *Physica* v, 3, 226b23(?). Cf. Aristoteles *Physica* VII, 2, 243a5: ‘Simil autem dico, quia nihil ipsorum medium est’ Cf. *Auctoritates* 155 (185): ‘Movens et motum simul sunt et inter ea non est dare medium.’ (Aristoteles, *Physica*, H2 243a3–6).

9 Cf. *Auctoritates* 198 (27): ‘Unus sonus numero non potest pervenire ad aures plurium, sed unus in specie’ (S. Thomas, *In De sensu ...*, I, lect. 16, n. 238; Cf. Aristoteles, *De sensu et sensato*, 6, 446b23–25).

Item, pari ratione duo colores et due albedines non facientes per se unum possunt simul esse in eodem subiecto, quod non videtur valere.

Item, in tali propositione non esset maior ratio quare unus conceptus esset subiectum et alter predicatum quam e converso; igitur uterque est subiectum, vel nullus; sed non uterque; igitur nullus. Quod non uterque, probatur, quia cum subiectum in tali propositione confuse et distributive supponat et predicatum confuse tantum, sequitur quod idem terminus supponeret confuse et distributive, et confuse tantum. Et per consequens sub eodem termino et respectu eiusdem predicati et copule continget descendere copulative et non continget descendere copulative. Ista consequentia patet per diffinitionem suppositionis confuse et distributive, et confuse tantum; sed consequens est impossibile et includens contradictionem, ergo istud ex quo sequitur.

⟨SECUNDO QUANTUM AD SECUNDAM PROPOSITIONEM⟩ Pro secunda propositione probatur predictum consequens esse falsum, nam, si tales propositiones: ‘omne animal ⟨est⟩ substantia’, ‘omne animal est ens’ et consimiles possunt esse in intellectu, sequeretur quod una et eadem propositio numero respectu eiusdem significati esset necessaria ⟨et⟩ impossibilis; sed consequens est falsum, igitur istud ex quo sequitur. Consequentia demonstratur. Et vocetur hec propositio in intellectu ‘omnis homo est substantia’ A, et ista propositio ‘omnis substantia est homo’ B, tunc sic: quidquid est pars A, est pars B, et e converso, ergo A est B, quia ex eisdem partibus resultat totum. Et antecedens est de se notum, et ultra: ergo A est B, et A est propositio necessaria et B est propositio impossibilis, et ultra, igitur una et eadem propositio respectu unius et eiusdem significati, est necessaria et impossibilis.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum arguitur: omnis conceptus communis univocus est ⟨in⟩ intellectu, aliquod universale est conceptus univocus, ergo universale commune est in intellectu. Maior videtur evidens, quia non potest inveniri aliquod subiectum primum ipsius conceptus; et minor ab omnibus tenetur, quia omnes ponant quod sit universale mentale quod est per se et primo universale, quia est naturaliter universale.

⁴ alter] alicuius E ⁷ sequitur] scitur E ¹⁷ quod] et E ²⁴ et] est A add. E
| necessaria] cessaria E ²⁵ propositio] est add. E; necessaria add. necnon del. et exp. E
²⁸ est] et E

(DISTINCTIO) Distinctio premittenda est hec quod duplex est universale, quod quoddam est universale naturale sive per se, et quoddam est universale ad placitum sive per accidens.

- Et quodlibet istorum membrorum subdividitur. Nam universale naturale est duplex quia: quoddam est universale naturale predicatione, quoddam reale; primo modo predicatum vocatur universale logicale; secundo modo vocatur universale physecum. Primum universale quidem *(est)* conceptus predicable de pluribus si plura habeat supposita vel posset habere plura supposita. Quod dico propter conceptum mundi et solis et lune et sic de consimilibus. Unde universaliter: omnis conceptus appellativus posset dici isto modo universale, quia omne tale universale est quoddam signum simplex vel compositum. Secundum vero universale *(est)* res sine qua pauci vel nulli effectus naturales in spera activorum et passivorum possunt effici, et talia universalia | sunt Deus et omnis corpora supercelestia. ^{3^{vb}}

- Universale ad placitum sive per accidens est duplex: quoddam est ex communi usu, scilicet, vocale et scriptum. Vocale est terminus appellativus vocalis simplex vel compositus; scriptum est terminus scriptus appellativus simplex vel compositus.
- Et de tali universalis naturali predicatione et per se est principale propositum, de quo ponende sunt aliique conclusiones.

- (CONCLUSIO PRIMA)* Quarum prima est ista quod omne universale mentale est in intellectu subiective. Ista probatur sic: omnis conceptus mentalis est in intellectu subiective; *(sed omne tale universale est terminus mentalis; igitur etcetera)*. Maior est de se nota, quia omnis talis terminus mentalis est conceptus simplex vel compositus, et omnis conceptus est in intellectu subiective. Minor declaratur, quia omne universale mentale est predicable de pluribus, et omne predicable de pluribus *(est)* terminus, et nullum tale universale est terminus vocalis vel scriptus, ergo omne tale universale est terminus mentalis.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod duo universalia mentalia possunt simul esse in eodem intellectu. Ista conclusio probatur per experientiam, qua experimur nos habere talem propositionem in mente nostra: ‘homo est animal’.

8 si] per E | supposita] supponatur E 12 compositum] vel add. necnon del. E
 12–13 universale] universaliter E 13 activorum] auctorum E 17 terminus]
 scriptum add. necnon del. et exp. E 25 terminus] terminus sup. lin. E; conceptus
 add. E 28 est] conceptus add. necnon del. E | terminus] terminus sup. lin. E

Item, quecumque duo accidentalia et non repugnantia possunt simul *(esse)* in eodem subiecto, in quo quodlibet eorum naturaliter potest esse; sed talia duo accidentalia sunt subiectum et predicatum istius conclusionis ‘homo est animal’, que sunt duo universalia, 5 igitur aliqua duo universalia possunt simul esse in eodem intellectu. Maior videtur evidens, quia nulla ratio potest assignari quare talia duo accidentalia non possunt simul esse in eodem subiecto, sicut lumen et vox, quia in nullo repugnat quia possunt simul *(esse)* in aere, sicut dulcedo et albedo que simul sunt in lacte, et sic de aliis.

Argumenta vero contra istam conclusionem magis valentia tangebantur superius inter rationes principales, que inferius suo loco solventur.¹⁰

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod aliqua duo universalia eiusdem speciei specialissime possunt simul esse *(in)* intellectu. Ista declaratur, quia talis propositio mentalis: ‘homo est homo’, ‘animal est animal’ potest tota simul esse *(in)* intellectu; et predicatum et subiectum sunt duo universalia mentalia eiusdem speciei specialissime, 15 igitur duo universalia mentalia eiusdem speciei specialissime possunt simul esse in intellectu. Maior videtur haberi per experientiam; minor nota est de se.

(CONCLUSIO QUARTA) Quarta conclusio est ista quod universale intentum et universale remissum possunt simul esse intellectu. Ista declaratur per experientiam, quia experimur nos frequenter addiscere aliquam rationem de qua remisse arguamus, et simul cum hoc cogitare de aliqua alia ratione intense.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod duo universalia intensa non possunt simul esse in intellectu. Ista declaratur iam per experientiam, quia experimur nos non posse distinctis cogitationibus intense de distinctis rebus cogitare, sicut non possumus scribere et cum hoc aliquam orationem intentissime dicere.

Contra istam conclusionem instatur, et videtur quod contrariatur predictis, nam talia duo universalia intensissima in nullo repugnant, 25 igitur possunt simul esse in eodem subiecto, circa quod habent fieri.

Ad istud breviter dicitur quod causa quare non possunt simul esse in eodem subiecto, non est repugnantia universalium, sed est repugnantia

⁷ in eodem] in eodem iter. E ¹⁰ Argumenta] con add. necnon del. E ²² hoc]
hoc sup. lin. E^c | cogitare] cogitari E ²³ ratione] re E; mis add. necnon del. E
²⁸ intentissime] detentissime E; cogi(ta)mus add. E ³⁰ repugnat] repugnat E
³³ universalium] universalia E

¹⁰ Videas infra, AD 4.

advertentiarum ipsius | intellectus, qui non potest, saltem dummodo est 4^{ra}
in corpore, advertere se intense distinctis advertentiis distinctis rebus.

- Et si dicatur* quod ista duo universalia que sunt subiectum et predi-
catum istius propositionis mentalis ‘homo est animal’, ⟨sunt⟩ simul in
5 intellectu sicud supra positum est, *ad istud breviter dicitur* quod ista duo
universalia non sunt simul intensa, sicud postea suo loco planius pate-
bit.¹¹

- De aliis vero universalibus, in quibus sunt subiective, non oportet ser-
monem prolongari, quia clarum est quod universale vocale est in aere
10 tamquam in subiecto, sicud omnis vox, secundum quod patet per Ari-
stotelem tertio *De anima*,¹² et universale scriptum non est in aliqua sub-
stantia tamquam accidens in subiecto, quia est substantia vel substantie.

- Alia vero possunt poni universalia ad placitum, quamvis ex com-
muni usu non ponantur, sicud signa communia ex consuetudine ali-
15 quas res significantia appellative, sicud panniculus rubeus positus ante
tabernam significat vinum rubeum, et pannus glaucus significat vinum
de Garunna, et motus digitii secundum quod aliqui claustrales utuntur,
appellative significant sua significata. De quibus, quia non sunt in usu,
non dicetur.

- 20 Postea dicitur ad rationes principales.

- (AD 1.) Ad primam dicitur quod ipsum universale causatur ab obiecto
in intellectu aliquando. Et ulterius dicitur quod ista propositio Aristotelis
‘omne agens naturale agit per contactum’¹³ intelligitur de agente tangi-
bili et de agente immediato. Modo, clarum est quod obiectum non est
25 immediatum agens respectu causationis universalis, quia agit mediante
sua specie, nec etiam intellectus est patiens tangibile, et ideo auctoritas
non est ad propositum. Quare autem intellectus sit potentia passiva
respectu aliquarum actionum et respectu aliquarum activa, diffinitive

1 ipsius] ipsius iter. E 2 intense] cense add. necnon exp. E 8–9 sermonem]
sermonem corr. mg. E 13 possunt] simul add. necnon del. E 16 significat] unu-
add. necnon del. E 23 contactum] int causare add. necnon del. E 27 intellectus]
intellectu E

11 Locus non inventus. Fortasse refert ad Thomam Manlevet, *Questiones super De
anima*. Textum invenire non potui.

12 Vel potius Aristoteles *De anima* II, 8, 420b10.

13 Cf. Aristoteles *Physica* VII, 2, 243a5: ‘Simul autem dico, quia nihil ipsorum medium
est’. Cf. *Auctoritates* 155 (185): ‘Movens et motum simul sunt et inter ea non est dare
medium.’ (Aristoteles, *Physica*, H2 243a3–6).

patebit suo loco, quia manifestum est quod secundum maiorem partem *modernorum* nullam distinctionem ponentium inter animam et intellectum et voluntatem, anima habet se active respectu aliquarum operacionum sicut respectu nutritionis et respectu motus animalis et sic de singulis. Sed sufficiat ad presens quod satis fiat argumento qualiter, scilicet, auctoritas supra quam fundatur predictum argumentum, sit intelligenda. 5

⟨AD 2.⟩ Et ulterius ad alia argumenta que probant quod intellectus non causat ipsum universale, primo quia sic alteraret semetipsum et moveret semetipsum et exueret seipsum: nec hoc est inconveniens in agentibus ex proposito, sed agentibus et mobilibus naturalibus que non moventur vel movent ex proposito, esset inconveniens, et hoc intelligit Aristoteles. 10

⟨AD 3.⟩ Et per hoc idem patet ad secundam propositionem, quia Aristoteles intelligit eam de mobilibus et motibus naturalibus et incorporabilibus. Sed totum istud plane patebit in questione de actualitate et passibilitate ipsius intellectus.¹⁴ 15

⟨AD 4.⟩ ⟨AD PROBATIONEM PRIME PROPOSITIONIS⟩ Ad aliud breviter dicitur concedendo quod tales propositiones ‘omnis homo est homo’ et ‘omne animal est animal’ possunt esse in intellectu. Et ulterius conceditur quod due species specialissime possunt simul esse in eodem subiecto.

4th Et ulterius ad Philosophum dici⟨tur⟩ quod due tales res | faciunt per se unum, sicut due albedines vel due colores. Et ulterius potest dici ad Aristotelem quod ipse intelligit de duabus scientiis sive de duabus grammaticis sive de duabus logicis non facientibus unum. 20

Ad aliud, uno modo potest dici negando istam consequentiam: ‘si tales due res possunt esse simul in eodem subiecto, ergo tres et quartuor et sic in infinitum’, sicut non sequitur: ‘Sortes potest portare duas tales lapides, ergo potest portare tres’, quia maioris difficultatis est per motum organorum (quam) intelligere pluribus conceptibus, sicut patet per experientiam quod homo posset advertere se ad cogitandum de multis, et ⟨ad⟩ intelligendum cum tanto visu quod emitteret sudorem vel aliquod ⟨aliud⟩, similiter organa corrumpuntur, et fieret amens, sicut patet de multis astronomis qui nimis voluerunt comprehendere de motibus corporum celestium. Utrum vero sit dare maximam multitudinem 25 30

¹⁰ que] ex quia E ¹¹ ex] in add. E ²⁰ Philosophum] Philosophum corr. mg. E; primam add. necnon del. E ²⁸ conceptibus] quam pluribus(?) add. E

¹⁴ Thomas Manlevelt videtur ibi referre ad commentarium eius *Questiones super De anima*. Textum invenire non potui.

talium conceptuum que potest simul in intellectu esse vel minimam que non potest, alterius est speculationis.

- Ad aliud dicitur negando istam quod non est maior ratio quare unus talium conceptum est subiectum vel predicatum quam uterque, quia conceptus qui primo pona(n)tur esse propositiones in intellectu, causantur successive, quia per servitum et obsequium sive motum organorum corporalium, qui quidem motus fiunt successive.

- Et si dicatur* quod in intellectu non est resistentia respectu conceptum, ergo nec erit ibi successio, quia omnis successio, ut videtur, est ratione alicuius resistentie, sicud elicitor ab Aristotele, quarto *Physicorum*,¹⁵ et a suo Commentatore, capitulo de *vacuo*,¹⁶ *ad istud dicitur* rationabiliter negando istam consequentiam. Quidquid sit de veritate antecedentis ‘nec est resistentia in intellectu respectu talium actuum, ergo ibi nulla est successio’, sicud non sequitur: ‘in aere nec est resistentia respectu luminis recipiendi, igitur lumen non recipitur successive’, ⟨nego⟩, quia antecedens est verum, et consequens falsum, sicud apparet ad sensum, quod per successivum ascensum solis dies fit. Et ad Aristotelem et Commentatorem dicitur quod intellexerunt de motu locali naturali secundum quod ‘naturale’ distinguitur contra ‘propositum’ sive ‘liberum arbitrium’. Est ergo primus conceptus causatus per subiectum, et alias per predicatum secundario causatum, nisi sententia propositionis requirat, sicud in talibus propositionibus patet: ‘omnem hominem videt homo’, ‘animal est omnis homo’, in quibus ratione bonitatis intellectus accipiuntur aliquando non de virtute sermonis, sed ad bonum intellectum et verum, secundum quod loquitur Aristoteles secundo *Perihermeneias*,¹⁷ quando dicit quod nomina et verba transposita idem significant.

- Unde in talibus propositionibus secundum *aliquos* id quod reddit suppositum verbo secundum bonum intellectum, est subiectum, sive sit primus conceptus sive ultimus. *Alii* vero generaliter dicunt quod omnis conceptus precedens copulam, sive reddit suppositum verbo | sive non, ^{4^{va}} est subiectum. Sed primum videtur melius dici.

³ aliud] istud *E* ⁸ respectu] universalium *add. necnon del. E* ¹⁴ est] in *add. E*
¹⁹ distinguitur] in(?) *add. necnon del. et exp. E* ²² requirat] requirant *E* | talibus] est *add. E* ²⁴ non] non sup. lin. *E^c*

¹⁵ Aristoteles, *Physica* IV, 10–14. Locus non inventus.

¹⁶ *Auctoritates* 152 (145): ‘Successio motus causatur ex resistentia medii, vel mobilis, vel ex resistentia utriusque’ (Averroes, *In Phys.*, IV, com. 71, f. 162 A).

¹⁷ Aristoteles, *De interpretatione* 10, 20b10–11.

〈AD PROBATIONEM SECUNDE PROPOSITIONIS〉 Et ad probationem secunde propositionis dicitur, negando istam: una et eadem propositio respectu eius significati est necessaria et impossibilis. Et ad probationem dicitur admittendo: ista propositio ‘omnis homo est substantia’ sit in intellectu, et vocetur *A*, et quod ista propositio ‘omnis substantia est homo’ vocetur *B*, et ulterius negatur ista: quidquid est pars *A* est pars *B*, quia nihil quod est pars *A*, est pars *B*, quia ille partes que constituunt ipsum *A* causabantur certo ordine sicud prius dictum est quod primo causabatur conceptus signi universalis et secundo conceptus subiecti et tertio conceptus copule et quarto conceptus predicati. Et iste ordo causationis requiritur ad hoc quod tales conceptus constituant propositionem, et quia ista propositio ‘omnis substantia est homo’ non causata per causationem ipsius *A* nec est in intellectu, quia *A* est in intellectu. Sed si debeat esse in intellectu, oportet quod causatur de novo debito ordine, secundum quod dictum. Et quod debitus ordo requiratur, hoc potest patere aliqualiter per simile: et scribatur ista propositio ‘est homo animal omnis’, et vocetur *A*, et alibi scribatur ista ‘omnis homo est animal’ et vocetur *B*, tunc clarum est quod, quantum est de virtute sermonis, quod quamvis partes ipsius *B* constituant propositionem veram, et partes ipsius *A* equivalent partibus ipsius *B*, ita quod sint eodem modo partes secundum equivalentiam, tamen partes ipsius *A* nullam propositionem constituunt nisi ex bonitate intellectus aliter accipientur et ponantur. Patet ergo quod non semper eodem modo partes vel equivalentes constituunt propositionem equivalentem, et hoc nulla alia de causa est nisi quod deficit debitus ordo partium, sed iste debitus ordo in propositionibus scriptis attenditur penes situationem partium, sed in propositionibus mentalibus attenditur penes causationem.

Alii dicunt aliter ad argumentum concedendo eandem propositionem numero respectu significati esse necessariam et impossibilem, sed non eodem modo acceptam. Unde ista propositio mentalis ‘omnis homo est substantia’ accepta et situata ab aliquo in cuius intellectu existit secundum quod li ‘omnis’ est adiectivum istius subiecti, ‘homo’ et secundum quod li ‘homo’ est subiectum et secundum quod supponat confuse et distributive, et quod iste conceptus *substantia* supponat confuse tantum, est propositio vera; sed ista eadem propositio aliter accepta secundum quod li ‘omnis’ est adiectivum istius subiecti ‘substantia’, est propositio falsa. Nec reputatur hoc inconveniens quod una et eadem propositio

3 et] est *E* | impossibilis] impossibili *E* 11 constituunt] a add. *E*

numero diversimode attenditur respectu eiusdem significati sit necessaria et impossibile. | Sed primum dictum pluribus magis placet. 4^{vb}

〈QUESTIO 5〉

Consequenter queritur utrum genus sit equivocum.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic,

quia hoc genus *substantia* est equivocum, ergo genus est equivocum. Consequentia de se nota, et antecedens declaratur, quia equivoce significat hoc genus *substantia* substantiam que est terminus, et substantiam que non est terminus, quia clarum est quod equivoce predicatur in istis duabus propositionibus: ‘secunda substantia est substantia’ et ‘compositum ex materia et forma est substantia’.

⟨2.⟩ Item. Hoc genus *animal* est equivocum, ergo genus est equivocum. Consequentia est ⟨de se nota⟩. Et antecedens probatur, quia hoc genus *animal* predicatur de animali vivo et picto, et hoc equivoce sicut patet per Aristotelem in *Predicamentis* in principio, ubi dicit quod animal est equivocum ad animal vivum et ad animal pictum.¹

⟨3.⟩ Item. Iste terminus ‘genus’ est equivocum ad terminum, et ad multitudinem descendantium ab aliquo uno principio, et ad tale principium; ergo, genus est equivocum. Consequentia patet de se. Et antecedens patet per Porfirium.²

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porfirius, qui dicit quod ens non est genus, quia predicatur equivoce.³

20

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio est ista quod iste terminus ‘genus’ multipliciter accipitur. Uno modo pro principio, alio modo pro predicamento. Pro principio accipitur dupliciter: uno modo pro principio

16 [descendentium] descescentium (*sic*) E | ab] aliquis add. necnon del. E 22 principio] productivo add. necnon del. et exp. E

1 Aristoteles, *Predicamenta* 1, 1a3: ‘Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa, ut animal homo et quod pingitur.’ – tr. Boethii.

2 *Isagoge*, I, 1–3 (1, 17–2. 10).

3 *Isagoge*, II, 10 (6, 6–8): ‘Sed sint posita, quemadmodum in *Praedicamentis*, prima decem genera quasi prima decem principia; vel si omnia quis entia vocet, aequivoce, inquit, nuncupabit, non univoce.’

- productivo sive generativo, alio modo pro principio contentivo. Pro principio productivo, sicud 'Romulus fuit genus Romanorum', 'pater genus filiorum', et sic de similibus. Pro principio contentivo adhuc dicitur uno modo pro principio contentivo circumscriptive, alio modo pro principio contentivo predicative vel significative vel communicative, quod totum reducitur ad idem. Exemplum primi, sicud 'locus in quo quis generatur vel producitur' dicitur genus talis producti, quia est eius principium contentivum circumscriptive. Exemplum secundi sicut iste terminus 'animal' dicitur genus hominis | quia est eius principium predicative vel 5^{ra}
- 10 significative, quia predicatur de homine in quid et de aliis ab homine differentibus, et significat quidquid 'homo' significat, et aliquid plus, et est communior quam iste terminus 'homo', et diffinitur proprie, et ideo dicitur eius principium diffinitivum contentivum predicativum.

(DISTINCTIO SECUNDA) Secunda distinctio est ista quod iste terminus

- 15 'equivocum' accipitur multipliciter. Uno modo pro equivoco a casu, alio modo pro equivoco a consilio. Et uterque istorum modorum accipitur dupliciter, scilicet, uno modo pro equivoco equivocante, et alio modo pro (equivoco) equivocato, et totum istud presuppono usque ad *Questiones de Predicamentis*. Sed quantum est ad oppositum: equivocum equi-
20 vocans, idest, terminus equivoce significans, accipitur multipliciter: *(I)* uno modo strictissime prout distinguitur contra univocum strictissime acceptum. Quod quidem univocum accipitur pro terminis qui mediante unica impositione sive unico conceptu sive unica ratione diffinitiva predicantur de pluribus in quid, et non perfectius neque prius de uno quam
25 de alio, idest, non cum ista additione 'perfectius' predicatur de aliquo illorum respectu alterius illorum, sicut homo predicatur de suis suppositis, quia Sortes non est perfectius homo quam Plato, nec quam Cicero.
(II) Secundo modo accipitur 'equivocum' pro illo quod predicatur de pluribus in quid diffinitive, quamvis non predicitur de eisdem pluribus
30 unica impositione, *(et)* non unico conceptu. *(III)* Tertio modo accipitur 'equivocum' pro aliquo quod predicatur de pluribus mediantibus diversis conceptibus specificis. Et totum istud diffusius patebit infra,⁴ quampropter ad presens breviter intermitto.

6 generatur] gen add. necnon del. E 9 hominis] quia est eius principium sub col. E; cf. principium f. 5^{ra} | quia] ex add. necnon del. E 11 significat] significant E 24 quam] quod E

4 Thomas Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff. 43^{rb}-145^{vb}, QQ. 1-4, ff. 43^{vb}-48^{ra}. Atque infra, Q. 12.

(CONCLUSIO PRIMA) Est igitur prima conclusio quod tota multitudo hominum est genus. Que declaratur sic: omnis multitudo que descendebat ab aliquo mediate vel immediate ab aliquo uno predicabili in quo habet aliquam denominationem distinctivam ab aliis multitudinibus, est genus; sed tota multitudo hominum est eiusmodi, 5 igitur tota multitudo hominum est genus. Maior est de se nota hac | significatione vocali posita a Porfirio;⁵ et minor declaratur, quia tota multitudo hominum descendebat saltem mediate ab uno tamquam a principio materiali, a quo principio habet istam denominationem ‘genus humanum’. Que quidem denominatio est distinctiva ipsius multitudinis ab aliis multitudinibus, 10 utpote a multitudine asinorum et sic de aliis.

Et sic per idem potest probari quod quelibet multitudo habens talem denominationem ab aliquo principio, sive productivo, sive contentivo, sive contentivo circumscriptive, sive predicative, *(sive significative,)* est genus. Et in ista significatione tota multitudo Romanorum dicitur genus 15 Romanorum vel Romanum a principio productivo, scilicet Romulus; et tota multitudo Brabantiorum a principio contentivo circumscriptive, scilicet Brabantia, et tota multitudo contentorum in predicato substantie potest dici genus substantiale ab isto principio contentivo predicative sive significative quod est substantia, et sic de aliis multitudinibus habentibus 20 aliquam denominationem distinctivam ab aliquo uno principio.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod isto modo accipiendo ‘genus’ tota multitudo entium non est genus, quia, quamvis descendat ab uno principio, scilicet, a primo ente, tamen ratione talis principii non habet denominationem distinctivam ab aliis multitudinibus entium, sicud de se patet. 25

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod omne principium productivum, vel contentivum circumscriptive, vel predicative sive significative, a quo vel ratione cuius aliquod principiatum habet denominationem distinctivam ab alio predicamento, est genus. Ista conclusio patet 30 per distinctionem primam.

Et ex ista sequitur correlarie quod pater alicuius in aliqua significatione dicitur genus, et non tantum pater, sive causa efficiens, verum pari ratione causa materialis vel formalis, sicut predictum est de genere humano, quod sic denominatur ab ‘humo’ tamquam a principio materiali. Hoc idem etiam patet de loco qui est principium contentivum cir- 35

¹ multitudo] intellectio *E* ⁴ multitudinibus] vellet *add. necnon del. E*

⁵ *Isagoge*, I, 3.

cumscriptive, et hoc intelligendum est de loco communi et non proprio, quia a loco proprio non fiunt tales denominationes distinctive | sicut a 5^{va} loco communi, utpote a patria vel a civitate vel a territorio aliquo.

⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod alias terminus

- 5 est genus tamquam principium contentivum predicative sive significative, et patet totum per differentiam.

⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Ultima conclusio est ista que manifeste sequitur ex predictis, quod genus est equivocum, et hoc sive accipiatur materialiter, sive significative. Et patet totum, sed non accipiatur simpliciter, quia

- 10 unus conceptus est equivocus sicud patebit in principio *Predicamentorum*.⁶

⟨ALIE CONCLUSIONES⟩ Ex predictis possunt elici diverse conclusiones, scilicet, quod Sortes est genus et quod individuum est genus et quod res que non est predicable de pluribus est genus, et sic quasi de infinitis aliis

- 15 consimilibus que causa brevitatis aliis relinquuntur.

⟨AD 1.⟩ Ad primam igitur rationem patet per iam dicta, quia conceditur antecedens, consequens et consequentia.

⟨AD 2. ET 3.⟩ Consimiliter ad secundum dicitur totum concedendo, et ad tertium.

- 20 ⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Et ad argumentum in oppositum patebit infra suo loco, videlicet, qualiter intendit sic quod ens predicatur esse et quare ens non est genus, quia hoc requirit unam questionem per se. Et sic sit finis istius questionis.

¹⁴ est] predicabilibus add. necnon del. et exp. E ²³ sit] sint E

⁶ Thomas Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, Q. 2: Utrum aliquis conceptus sit equivocus, ff. 43^{va}–46^{va}.

(QUESTIO 6)

Consequenter queritur utrum genus sit cui supponitur species,
et hoc est querere utrum illa diffinitio generis sit bene data.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non,

quia si sic, tunc aliquid posset esse genus, quamvis non haberet nisi 5
unam speciem sub se. Ista consequentia est per se nota, et falsitas conse-
quentis patet per textum Porfirii,¹ qui dicit quod generi uni correspon-
dent plures species.

⟨2.⟩ Item. Si sic, tunc sequeretur quod ens esset genus. Consequentia
patet, quia enti supponatur aliqua species tamquam per se inferius; et 10
falsitas consequentis patet per Porfirium,² qui negat ens esse genus.

⟨3.⟩ Item. Si sic, tunc sequeretur quod accidentis esset genus. Ista con-
sequentia patet, quia accidenti supponitur aliqua species tamquam per
se inferius. Falsitas consequentis declaratur, quia, si sic, sequeretur quod
qualitas non esset genus generalissimum, cuius oppositum vult Aristoteles 15
in *Predicamentis*.³

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est textus Porfirii,⁴ qui novit predic-
tam diffinitionem generis tamquam ab antiquis philosophis positam et
probata.

⟨DISTINCTIO⟩ In ista questione et in omnibus subsequentibus suppono 20
5^{vb} istam significationem ‘generis’, scilicet quod genus | accipitur pro princi-

7 generi] consequentia E 12 accidentis] antecedens E 13 accidenti] antecedenti E

1 *Isagoge*, II, 13 (7, 1–3): ‘... cumque sit genus unum, species vero plurimae – semper enim in plures species divisio generis est.’

2 *Isagoge*, II, 10 (6, 6): ‘Neque enim est commune unum genus omnium ens (...).’

3 Aristoteles, *Predicamenta*, 4, 1b25–28: ‘Eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut substantiam significant aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm aut habitum aut facere aut pati.’ – tr. Boethii.

4 *Isagoge*, I, 4–5 (2, 10–17): ‘Aliter autem rursus genus dicitur cui supponitur species (...) Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud philosophos sermo est; quod etiam describentes assignaverunt genus esse dicentes quod de pluribus et differentibus specie in eo quid sit praedicatur, ut animal?’

pio contentivo predicative cui supponitur *(species)*. Addo istam distinctionem quod ‘superpositio’ et ‘suppositio’ quantum est ad presens accipi
 5 *(un)*tur dupliciter: uno modo logicaliter, alio modo localiter. Localiter sicud paries superponitur fundamento et fundamentum supponitur parieti. Logicaliter, sicud magis commune superponitur minus communi et *(minus)* commune supponitur magis communi.

Et isto secundo modo accipi(*un*)tur suppositio *(et superpositio)* in proposito.

(CONCLUSIO PRIMA) Quibus declaratis prima conclusio est ista quod non
 10 omne istud est genus cui supponitur species. Ista patet per Aristotelem,⁵ et iam patet de ente.⁶

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod non est genus nisi habuerit sub se plures species actu. Ista conclusio patet per textum superius declaratum,⁷ scilicet, quod ‘genere uno existente speciebus vero
 15 pluribus’.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod ista consequentia est bona: ‘una species est, igitur alia species est’. Quod probatur sic: *(I)* una species est, igitur genus est; et genus est, igitur *(II)* plures species sunt; igitur, *(III)* si una species est, alia species est. *(I)* Prima consequentia patet per hoc quod genus et species sunt relativa, et per consequens *posita se ponunt et perempta se perimunt*. *(II)* Secunda consequentia patet per secundam conclusionem. *(III)* Et ultima consequentia patet a primo ad ultimum, quia, si ista consequentia est bona ‘una species est, igitur plures species sunt’, ista consequentia erit bona: ‘una species est, igitur alia species est’.

(CONCLUSIO QUARTA) Quarta conclusio est ista quod quolibet genus potest non esse genus, ipso existente in rerum natura. Que declaratur

8 proposito] posito *E* 11 iam patet] iam factam(?)*E* 20 relativa] relative (*del.?*) *E*

5 Aristoteles, *Metaphys.* III, 3 998b22–27: ‘Non est autem possibile genus existentium unum esse neque unum neque ens. Nam necesse differentias cuiuslibet generis et esse et unam esse quamlibet, impossibile autem predicari aut species *(generis de propriis)* differentiis aut genus sine suis speciebus, quare si unum genus aut ens, nulla differentia nec unum nec ens erit.’ (Recensio Guillelmi). *Auctoritates* 121 (76): ‘Ens et unum non sunt genera.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, β 3, 998b22). *Auctoritates* 121 (77): ‘Differentiae non sunt extra rationem generis.’ (St. Thomas, *In Metaphys.*, III, lect. 8, n. 433; Aristoteles, *Metaphys.*, β 3, 998b23–26).

6 Videas infra: Q. 21.

7 Videas supra, 1.

sic: quocumque genere accepto ipsum potest esse, quamvis nullus alias terminus *(sit)*, igitur ipsum potest esse quamvis nullam speciem sub se habeat, igitur ipsum *(poterit)* non esse genus ipso existente in rerum natura.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod iste terminus *'genus'* de nullo predicatur per se. Ista declaratur ex precedenti conclusione, quia si predicaretur de aliquo per se, istud non posset non esse genus ipso manente in rerum natura. 5

Ex istis conclusionibus possunt infinite alie elici que satis extraneae apparent, | quas diligentie studentium derelinquo. 10

(CONCLUSIO SEXTA) Sexta conclusio est ista quod omne illud est genus cui immediate supponitur sua species. Ista statim patet quia omne istud est genus cuius est aliqua species, igitur omne istud est genus cui immediate supponitur sua species. Ista consequentia est de se nota. Et antecedens patet per illum textum Porphyrii,⁸ qui dicit quod genus et species 15 sunt relativa, igitur *posita se ponunt et perempta se perimunt*, quia neutrum illorum includit verbum de possibili.

(CONCLUSIO SEPTIMA) Septima conclusio est ista quod aliquid est per se superius ad aliud quod non est suum genus. Ista patet de ente, quod est superius ad omnia genera; non est tamen genus eorum. 20

(AD 1.) Ad primum igitur principale dicitur negando consequentiam, quia nulli generi potest una species supponi nisi alia supponatur.

(AD 2.) Ad secundum dicitur negando consequentiam quando tamen queritur de virtute sermonis, et negando aliud. Et ulterius dicitur quod antiqui quamvis ita stricte non dixerunt, tamen voluerunt quod omne istud est genus cui immediate supponitur species tamquam per se inferiorius ad tale genus. Sed enti nulla species supponitur immediate, hoc est: isto termino ‘enti’. 25

(AD 3.) Ad tertium dicitur negando consequentiam precipue secundum illam opinionem⁹ que tenet quod omne ens est substantia vel qualis:

1 accepto] accipitur E 2 ipsum] ipsum mg. E^c 6 precedenti] presenti E
9 extranei] extranie E 11 quod omne illud est genus] quod omne illud est genus
iter. E 13 est] est iter. E | est] species add. necnon del. E 13–14 immediate] nota
add. necnon del. et exp. E 14–15 antecedens] aliud E 15 illum] illum sup. lin. E^c
22 nisi] ordo add. E 23 quando] quam E 29 negando] nota E

8 *Isagoge*, VII, 3 (14, 10–11): ‘Commune autem est et perempto genere vel differentia simul perimi quae sub ipsis sunt (...)

9 Videtur Thomas Manlevelt referre ad opinionem Guillelmi de Ockham.

tas, quia sic qualitas non supponitur accidenti, sed potius e contra, quia omne accidens est qualitas et non omnis qualitas est accidens. Sed de istis longior fiet sermo in *Predicamentis* ad Aristotelem.¹⁰

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ In oppositum patet per predicta
5 qualiter videlicet predicta descriptio intelligatur.

Et sic est finis questionis.

¹⁰ Thomas Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, Q. 64: Utrum omnis qualitas sit accidens, ff. 94^{vb}–95^{rb}.

⟨QUESTIO 7⟩

Consequenter queritur utrum genus
sit principium suarum specierum.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Omne principium est intrinsecum vel extrinsecum, sed genus non 5
est principium intrinsecum nec extrinsecum, ergo nullo modo est prin-
cipium. Maior patet per Aristotelem, primo¹ et tertio² *Physicorum*, et
6^{rb} quinto *Metaphysice*.³ Et minor declaratur, nam | genus non est prin-
cipium intrinsecum quia non est materia nec forma, sicud genus *animal*
non est materia vel forma istius speciei *homo*; nec principium extrinse- 10
cum, quia non est efficiens nec finis, sicud patet.

⟨2.⟩ Item. Omne principium est prius principiato, sed genus non est
prius specie, igitur genus non est principium speciei. Maior elicetur
ab Aristotele, primo *Physicorum*,⁴ et minor patet per Porfirium,⁵ qui
dicit quod genus et species sunt relativa et per consequens sunt simul 15
naturaliter.

⟨3.⟩ Item. Genus est species, igitur genus non est principium speciei.
Consequens appareat evidens, quia nihil est principium sui ipsius, et
antecedens patet per Porfirium,⁶ qui ponit quod idem est genus et
species respectu diversorum subalternorum sicut genus subalternum. 20

6 nullo] nihil E 8 non] non sup. lin. E^c 11 sicud] declaratur add. E
16 naturaliter] naturalia E 17 principium] sui ipsius add. necnon del. et exp. E

1 Locus non inventus.

2 Locus non inventus.

3 Aristoteles, *Metaphysica* v, 1, 1012b35–1013a23.

4 Aristoteles, *Physica* i, 5, 188a27–28: ‘Oportet enim principia neque ex alterutris esse
neque ex aliis, et ex his omnia’ – tr. vetus. *Auctoritates* 141 (20): ‘Principia non
fiunt ex aliis neque ex alterutris, sed ex his fiunt omnia alia.’ (Aristoteles, *Phys. A5*,
188a27–28).

5 *Isagoge*, ii, 2 (4, 7–9): ‘Nosse autem oportet (quod), quoniam et genus alicuius est
genus et species alicuius est species, idcirco necesse est et in utrorumque rationibus
utrisque uti’.

6 *Isagoge*, ii, 8 (5, 21–23): ‘Ea vero quae in medio sunt extremorum, subalterna vocant
genera et species, et unumquodque ipsorum species esse et genus ponunt, ad aliud
quidem et ad aliud sumpta’.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porfirius⁷ dicens ‘etiam principium quoddam est suarum specierum genus’.

- ⟨DISTINCTIO⟩ In ista questione premittitur una distinctio que talis est quod ‘principium’ accipitur multipliciter, sicud ex predictis potest elici,
- 5 nam: uno modo accipitur pro principio productivo, ⟨sicud⟩ pro causa efficiente, universalis vel particulari; alio modo accipitur pro principio compositivo sicud pro materia vel forma, ex quibus eae res componuntur tamquam ex principiis; tertio modo accipitur pro principio terminativo, sicud pro causa formalis; quarto modo accipitur pro principio contentivo, et hoc dicitur uno modo circumscriptive, sicut locus est principium vel patria, sicut patet ex textu Porfirii;⁸ alio modo predicative vel significative sicut pro predicabili in quid de pluribus specie differentibus, quod quidem continet unam predicationem vel significacionem ⟨sicud⟩ sua per se inferiora.

- 15 ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod genus est principium contentivum suarum specierum predicative. Et ista conclusio patet ⟨per⟩ iam dicta.

- ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod genus est principium compositivum suarum specierum. Ista declaratur, quia ⟨i⟩
- 20 hoc genus *animal* est principium compositivum istius speciei que est *animal rationale mortale*, et per consequens predicaretur in quid et in quale. ⟨ii⟩ Item, omne ⟨pari ratione⟩ predicatur in quid ratione generis quam in quale ratione differentie, et per consequens, si predicetur in quid, et predicatur in quale, et si predicetur in quale, | non est species. Ista 6^{va}
- 25 consequentia patet per textum Porfirii,⁹ qui ponit quod species per hoc distinguitur a differentia quod differentia predicatur in quale et species non.

6 particulari] principia vel in universalis tantum add. E 8 principiis] termino add. E
17 iam] per add./transp. E 21 mortale] esset species add. E 22 Item] vero add. E;
seq. lac. 4 litt. E

7 *Isagoge*, I, 4 (2, 12–13): ‘Etenim principium quoddam est huiusmodi genus earum quae sub ipso sunt specierum (...).’

8 *Isagoge*, I, 2 (1, 22–25): ‘Dicitur autem et aliter rursus genus, quod est uniuscuiusque generationis principium (...) a loco in quo quis genitus est. (...) etenim patria principium est uniuscuiusque generationis (...).’

9 *Isagoge*, XVI, 1 (18, 16–17): ‘Proprium autem differentiae quidem est in eo quod quale sit praedicari, speciei vero in eo quod quid est (...).’

⟨AD I⟩ Ad primum istorum breviter dicitur concedendo quod ista definitio est speciei, quia pari ratione *animal rationale mortale* est species animalis quam *corpus animatum* sit species corporis, ut patet per textum Porphirii.¹⁰ Item, *corpus animatum* est genus et non est genus generalissimum, 5 igitur genus subalternum, et per consequens est species.

Et si dicatur quod, si esset species corporis, et consimiliter, si hoc totum *animal rationale mortale* esset species, tunc esset species istius generis *animal*, et per consequens ista genera predicentur de istis speciebus in quid, quia omne genus predicatur in sua specie in quid. Sed hoc consequens est falsum. Quod declaratur sic: non convenienter respondet 10 ad questionem factam per *quid* de istis speciebus per ista genera, igitur ista genera non predicantur de istis speciebus in quid. Consequentia patet per textum,¹¹ et antecedens declaratur: nulla responsio est conveniens que non est apta nata removere dubium interrogantis; sed talis responsio est huiusmodi; 15 igitur talis responsio non est conveniens. Maior videtur de se nota, quia ideo reponsio dicitur conveniens vel non conveniens. Minor patet, quia qui querit: ‘Quid est animal rationale?’ bene scit quod illud de quo queritur est animal; igitur respondendo ‘Animal rationale est animal’ non removetur dubium interrogantis, nec poterit etiam per 20 talem responsonem removeri, igitur talis responsio non est conveniens, quia non est apta nata removere dubium interrogantis.

Ad istud dicitur quod *corpus animatum* sit species corporis, et *animal rationale* species animalis. Et ulterius dicitur distinguendo de predicatione in quid, eo quod poterit accipi. Accepta extendit se ad omnem predicationem quidditativam non connotativam sive ad omnem predicationem non connotativam que est per se, et isto modo potest concedi 25 quod predicta genera predicantur de predictis speciebus in quid.

Et ulterius dicitur negando istam consequentiam: ‘Si predicte species essent species predictorum generum, tunc ista genera predicarentur de eis in quid’, quia nunquam haberetur quod omne genus predicetur ⟨in 30 quid de suis subiectis⟩.

² speciei] species *E* ¹⁷ rationale] mortale *add. necnon del. et exp. E* ²⁶ se] per *add. E* ^{30–31} in quid de suis subiectis] quibus sua subiecta in quid. *E*

¹⁰ *Isagoge*, II, 6 (4, 28–30): ‘(...) animatum corpus species quidem est corporis (...) rationale animal species quidem est animalis (...)’

¹¹ *Isagoge*, II, 3 (4, 10–11): ‘(...) species est quod ponitur sub genere et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur.’

<AD II> Ad aliud dicitur negando istam: ista diffinitio ‘animal rationale mortale’ non predicatur in quid, et ulterius negatur: ista diffinitio predicatorum in quid et in quale, ergo non predicatorum in quid et in quale, ergo non predicatorum in quid, et ulterius conceditur quod predicatorum in quale.

- 5 Et ad Porfirium dicitur quod ipse non negat speciem predicatorum in quale, sed dicit speciem per hoc differre a differentia quod species predicatorum in quid et differentia in quale, et cum *(hoc)* stat quod predicitur in quid et quod predicitur in quale, sicut homo differt ab asino per *rationale*, et cum hoc stat quod sit sensibilis sicud asinus. Ista materia plus
10 patebit infra.¹²

Ad rationes principales.

- <AD 1.>* *(Ad primam)* dicitur concedendo istam quod omne principium est intrinsecum vel extrinsecum; et ulterius *(negatur)* minor, scilicet genus non est principium intrinsecum vel extrinsecum speciei, quia
15 genus est principium extrinsecum contentivum speciei, sicud patet per primam conclusionem, et *(est)* principium intrinsecum speciei, sicut patet per secundam conclusionem. Verumtamen genus *(est)* principium extrinsecum contentivum suarum specierum, sed non est principium intrinsecum compositum omnium suarum specierum, sicut patet per
20 predicta.

Et ulterius negatur ista consequentia: ‘genus non est causa efficiens vel formalis speciei, igitur genus non est principium extrinsecum speciei’, quia pluribus modis dicitur ‘principium extrinsecum’, sicut patet per distinctionem questionis.

- 25 Et ad totum residuum maior patet.

<AD 2.> Ad secundum dicitur concedendo quod principium sit prius principiato prioritate naturali sicud causa prior effectu. Non tamen oportet quod sit prius prioritate temporis. Et primo modo genus aliqua sua specie est prius, et cum hoc stat simultas que requiritur ad relationem, 30 scilicet simultas temporis.

<AD 3.> Ad tertium dicitur negando consequentiam, et ulterius ad probationem dicitur concedendo quod nihil est principium sui ipsius proprie loquendo et primo. Nec probatur ista propositio quod genus non

² predicatorum] predicuntur *E* | diffinitio] consequentia *E* ⁹ sensibilis] scencibilis *E*
¹³⁻¹⁴ scilicet] si iste *E* ¹⁵ sicud] sed *E* ²⁹ hoc] hac *E* | relationem] relatio *E*
³¹ ulterius] dicitur add. *E* ³³ propositio] ad quam add. *E*

¹² Videas infra, Q. 34.

est principium speciei, que quidem species est ipsum genus, sed cum hoc stat quod sit principium alterius speciei. Sed animal non est principium istius speciei que est animal, sed istius speciei que est animal rationale.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum patet quid sit dicendum per predicta.

¹ quidem] quedam *E*

(QUESTIO 8)

Consequenter queritur utrum genus
predicetur de pluribus differentibus specie.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Nullum genus predicatur | de pluribus differentibus specie, igitur <sup>7^{ra}] 'genus' non predicatur de pluribus differentibus specie. Consequentia est nota. Et antecedens probatur, quia, si aliquod genus predicetur etcetera, sicut gratia exempli hoc genus *animal*, tunc sic 'animal' predicatur de pluribus pro se vel pro suo significato. Non pro se, sicud de se notum est,
10 quia sic sequitur quod ipsummet esset illa plura de quibus predicatur; nec pro suo significato predicatur de pluribus, quia pro nullo suo significato predicatur de pluribus, sicut probatur inductive; et quod non pro hoc significato predicetur de pluribus, patet, quia sic sequeretur quod hoc suum significatum esset illa plura vel significata illorum plurium de
15 quibus predicatur. Quod est falsum.</sup>

⟨2.⟩ Item. Nulla differunt specie, igitur genus non predicatur de pluribus differentibus specie. Consequentia nota. Et antecedens probatur: nulla eiusdem speciei differunt specie, sed omnia sunt eiusdem speciei, igitur nulla differunt specie. Maior nota de se; minor declaratur, quia
20 omnia sunt in aliqua specie qualitatis utpote in specie naturalis potentie vel impotentie, quia omne quod est, est naturaliter potens aliquid faciliter faciendi vel patiendi; non autem patiendi, igitur videtur quod omnia sunt in illa specie, quia Deus est naturaliter potens faciliter aliquid faciendi, et conceptus mentis est naturaliter potens faciliter aliquid faciendi vel
25 patiendi, utpote faciendi corruptionem vel remissionem vel intentionem vel aliquid huiusmodi. Item. Deus est qualis, et omne quale est alicuius speciei illius generis, et non potest poni in aliqua alia specie nisi in specie naturalis potentie vel impotentie.

5 differentibus] specie. Consequentia est nota *add. necnon del. et exp. E* 8 animal] genus *add. necnon del. E* 9 vel] vel sup. lin. *E^c*; et ad. Necnon del. *E* | significato] materiali *add. necnon del. et exp. E* 20 potentie] potentia *E* 22 non autem] autem non *E*

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius.¹ Hic ponit quod predicari de pluribus differentibus specie competit omni generi.

⟨DISTINCTIO⟩ Distinctio istius questionis est ista quod ‘aliquid predicari de pluribus’ intelligitur dupliciter, scilicet secundum actualitatem vel secundum aptitudinem, idest, actualiter vel aptitudinaliter. Secundo modo ‘predicari’ accipitur in opposito per totum. 5

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod omne genus predicitur de pluribus pro se vel pro suo simili vel equivalenti, quia patet totum 7^{rb} quod omne genus habet plures species | de quibus predicitur, igitur etcetera. 10

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod omne genus materialiter acceptum predicitur de pluribus stantibus materialiter in tali propositione. Ista patet, quia omnes iste propositiones sunt vere: ‘iste terminus scriptus “animal” est animal’, ‘iste terminus prolatus “animal” est animal’, et sic de aliis. Similiter ‘iste terminus “genus” est genus’ et 15 ‘iste terminus “genus” est genus’, et sic de aliis. Et patet totum. 15

⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod omne genus predicitur de pluribus stans significative in tali propositione, quia omnes tales sunt vere: ‘Sortes est animal’, ‘Plato est animal’, etcetera.

⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod nullum genus 20 predicitur de pluribus pro se. Ista patet per argumentum principale.

⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Quinta conclusio est ista quod nullum genus predicitur de pluribus pro aliquo suo significato. Et patet ista conclusio per argumentum principale.

⟨CONCLUSIO SEXTA⟩ Sexta conclusio est ista quod omne genus predicitur de pluribus pro aliquo suo significato. Ista declaratur, quia hoc genus *animal* predicitur de Sorte pro aliquo suo significato, et predicitur de Platone pro aliquo suo significato, igitur de pluribus predicitur pro aliquo suo significato, et tamen de ipsis pluribus non predicitur pro aliquo suo significato nec de ipsis pluribus predicitur pro aliquo suo significato 30 25

8 se] et add. necnon del. E 23 pluribus] et patet add. necnon del. et exp. E 25 Sexta] septima E 26 pluribus] et patet add. necnon del. et exp. E

1 *Isagoge*, I, 5 (2, 15–17): ‘(...) genus esse dicentes quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit praedicatur (...)’ *Videas* Aristoteles, *Topica*, I, 5 102a31–32: ‘Genus autem est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid est praedicatur’ (tr. Boethii).

quocumque demonstrato, sed de istis pluribus predicatur demonstratis Sorte et Platone, et de isto suo significato et pro isto suo significato.

- 5 <CONCLUSIO SEPTIMA> Septima conclusio est ista quod, si naturalis potentia vel impotentia sit una species in predicamento qualitatis, tunc nullum genus predicatur de pluribus differentibus specie. Et patet ista conclusio per argumentum principale, sed que veritatis sit, patebit suo loco,² quia hoc non est ad propositum.

- 10 <CONCLUSIO OCTAVA> Octava conclusio est ista quod omne genus predicatur de pluribus specie differentibus. Et patet ista conclusio per diffinitionem generis.

- 15 <AD 1.> Ad argumentum principale dicitur negando antecedens. Et ad probationem dicitur negando istam conditionalem: si predicatur de pluribus, vel igitur pro se predicatur de pluribus, vel pro suo significato predicatur de pluribus; sed conceditur ista quod predicatur de pluribus pro se vel pro suo simili et predicatur de pluribus pro aliquo suo significato, et si queritur quid est istud quod facit ibi suppositionem confusam tantum, dicitur quod hoc | totum ‘predicari de pluribus’, propter multi-^{7^{va}} tudinem inclusam.

- 20 <AD 2.> Ad secundum argumentum dicitur concedendo consequentiam, et ad antecedens: patebit suo loco.³

<AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM> Ad Porfirium dicitur quod ipse intelligit per istam: ‘genus predicatur de pluribus differentibus specie’ quod genus predicatur de pluribus specie differentibus, quia auctores non ita stricte loquebantur.

- 25 Et sic est finis questionis.

⁵ specie] speciei E ⁶ veritatis] pe add. necnon del. E ⁷ hoc] seq. lac. 3 litt. E
| propositum] oppositum E

² Thomas Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, Q. 70: Utrum naturalis potentia vel impotentia sit secunda species qualitatis, ff. 98^{va}–99^{ra}.

³ Thomas Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, Q. 70: Utrum naturalis potentia vel impotentia sit secunda species qualitatis, ff. 98^{va}–99^{ra}.

(QUESTIO 9)

Consequenter queritur utrum omne genus predicatur in quid.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non,

quia si sic, tunc sequeretur quod predicatur *(in) quid de suis speciebus*. Consequentia est nota, et consequens falsum, igitur illud ex quo sequitur. Falsitas consequentis declaratur, quia si sic, sequeretur quod hoc genus *corpus* predicetur in quid de ista specie *corpus animatum*. Consequens est falsum, quia, si queratur ‘Quid est corpus animatum?’, non convenienter respondetur quod sit corpus, quia hoc scit querens, et per consequens dubium querentis per talem responsonem non removetur. 10

⟨2.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod hoc genus *animal* predicetur in quid de ista specie *animal rationale*; sed falsitas consequentis patet sicut prius.

⟨3.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod predicitur de se ipso in quid. Consequentia probatur: omne quod predicatur, predicatur aliqua specie predicamentorum, scilicet in quid vel in quale vel in quantum vel in quotiens 15 vel in ubi et sic de aliis speciebus predicamentorum; sed genus non predicatur in quale vel in quantum vel in ubi et sic de aliis predicationibus intentionalibus. Relinquitur igitur quod genus predicatur in quid de se ipso; sed falsitas consequentis declaratur quia, si queratur: ‘Quid est animal?’, non convenienter respondetur quod sit animal; igitur animal non 20 predicatur de animali in quid.

⟨4.⟩ Item. Genus predicatur in quale, igitur genus non predicatur in quid. Consequentia appareat evidens, et antecedens probatur, quia hoc genus *coloratum* predicatur in quale, igitur genus predicatur in quale.

⟨5.⟩ Item. Iste terminus ‘genus’ predicatur in quale, igitur genus predicatur in quale. Ista consequentia est evidens, et antecedens declaratur, quia, si queratur ‘Qualis est iste terminus “animal”?’, convenienter respondetur quod sit genus. 25

⟨6.⟩ Item. Iste terminus ‘animalis’ predicatur in quale, igitur ‘animal’ 7^{vb} | predicatur in quale. Consequentia declaratur, quia sunt synonyma; 30 et antecedens patet, quia si queratur ‘Qualis est homo?’, convenienter respondetur quod sit animalis.

16 de] de sup. lin. E 30 synonyma] senonyma E

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius in multis locis,¹ qui dicit quod genus predicatur in quid.

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio istius questionis est ista quod ‘predicari in quid’ accipitur dupliciter: uno modo pro predicatione absoluta, 5 alio modo pro predicatione dubii remotiva ad questionem factam per ‘quid?’.

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod ‘predicari in quid’ vel ‘predicari in quale’ accipitur dupliciter: uno modo primo, idest, non ratione alicuius partis, alio modo non primo, quia ratione alicuius 10 partis.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod omne genus predicatur in quid de aliquo. Ista patet per diffinitionem generis.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod aliquod genus predicatur in quale primo, sicut patet de hoc genere *coloratum*, quod 15 predicatur in quale de substantia.

⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod non omne genus predicatur in quid primo de quacumque sua specie predicatione dubii remotiva. Ista conclusio patet de isto genere *corpus* et de ista specie *corpus animatum*.

20 ⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod omne genus simplex substantie predicatur in quid de se ipso accipiendo ‘predicationem in quid’ pro predicatione absoluta. Ista patet quia ista non est predicatione connotativa: ‘animal est animal’, et tali predicatione predicatur de quocumque subiecto suo individuo, sicud patet de talibus: ‘hoc animal est animal’, ‘hoc corpus est corpus’.

25 ⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Quinta conclusio est ista quod nullum genus predicatur in quid de quocumque suo individuo predicatione dubii remotiva. Ista declaratur, quia quodlibet genus habet aliquod individuum quod est compositum ex ipso genere et pronomine demonstrativa, 30 et de nullo tali predicatur in quid predicatione dubii remotiva, sicud patet in talibus predicationibus ‘hoc animal est animal’, ‘hoc coloratum est coloratum’ et sic de similibus.

¹² generis] conclusio add. necnon del. E ¹⁴ quale] in add. E ²² absoluta] quia add. sup. lin. E

¹ Isagoge, I, 5 (2, 14–17); I, 10 (3, 5–14); I, 11 (3, 14–20) et cetera.

8^{ra} *Et si queratur* que est causa quare potius genus | predicetur in quid de una specie vel de uno individuo quam de alio, *ad istud dicitur* quod causa est quia aliqua sua species componitur ex tali genere et aliquo addito, et per consequens non potest haberi tales conceptus specificos nisi habeatur conceptus generis, et ita per conceptum generis non removetur dubium querentis in quid de tali specie, et eadem est causa de aliquo individuo. 5

(ALIE CONCLUSIONES) Ex ipsis conclusionibus possunt quasi infinite elici, videlicet quod aliquod genus predicator in quale de sua specie quamvis non primo, et quod *(si)* aliquod genus predicator in quid de sua specie, de eadem predicator in quale, et sic de aliis quas ad presens delinquo. 10

(AD 1.) Ad primum igitur argumentum dicitur concedendo quod hoc genus *corpus* predicator in quid de ista specie *corpus animatum*, quamvis non predicatione in quid dubii remotiva, nec hoc sequitur, scilicet, quod 15 quodlibet genus tali predicatione de quacumque specie predicator.

(AD 2.) Ad secundum patet per idem.

(AD 3.) Ad tertium dicitur concedendo quod genus predicator in quid de se ipso large accipiendo ‘predicationem in quid’, scilicet, pro predicatione absoluta, sed non predicator de se ipso predicatione in quid 20 dubii remotiva, nec hoc oportet.

(AD 4.) Ad quartum dicitur concedendo antecedens, quia genus predicator tam in quid quam in quale de suis propriis speciebus, sicut hoc genus *corpus animatum*, sicut patet per predicta. Predicator etiam genus in quale accidentale quamvis non de suis speciebus. 25

Ad Porfirium dicitur quod ipse intelligit quod genus non predicator in quale primo de suis per se contentis.

(AD 5.) Ad quintum dicitur concedendo quod genus materialiter sumptum, scilicet, pro isto termino ‘genus’, predicator in quale, quamvis non de aliquo suo contento per se. Et totum patet. 30

(AD 6.) Ad sextum dicitur negando quod ‘animal’ et ‘animalis’ sunt 30 synonyma quia ‘animalis’ potest dici omne | illud quod ad animal pertinet sive illud sit accidens sive proprium quodcumque aliud extrinsecum sive intrinsecum.

² individuo] indeviduo *E* ¹¹ specie] etiam *add. necnon del.* *E* ²¹ hoc] *hoc sup. lin.* *E* ³² synonyma] senonyma *E* ^{32–33} pertinet] petinet *E* ³³ proprium] *sup. lin.* *E*

⟨AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM⟩ Ad Porfirium dicitur ipsum simili-
ter concedendo de virtute sermonis quia omne genus predicatur in quid
de aliqua sua specie primo, non primo predicatione dubii remotiva, sicut
patet de ista genere *corpus animatum*, quia, si queratur ‘quid est animal?’,
5 respondetur dubium querentis removendo quod sit corpus, vel quod sit
corpus animatum.

3 primo] nihil *add. necnon del.(?) E* 5 querentis removendo] querentis removendo
mg. E

〈QUESTIO 10〉

Consequenter queritur utrum genus differat ab individuo.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nullum individuum differt ab individuo; omne genus est individuum; 5 igitur nullum genus differt ab individuo. Maior patet quia, si aliquod individuum differret ab individuo, sequeretur quod aliquod individuum esset quod non esset individuum, quod includit contradictionem. Consequentia patet per exponentes ipsius ‘differre’. Minor rationis probatur inductive, quia omne ens est individuum, omne genus est ens, igitur et cetera.

10

⟨2.⟩ Item. Hoc genus *substantia* non differt ab individuo, igitur genus non differt ab individuo. Consequentia est evidens, et antecedens est de se nota, quia hoc genus *substantia* est singulare, sicud demonstratum.

⟨3.⟩ Item. Nullum sensibile vel existens in subiectis sensibilibus differt ab individuo, sed omne genus est huiusmodi, igitur nullum genus differt ab individuo. Maior patet, quia omne tale est res singularis. Et minor patet quia omne genus vocale vel scriptum est sensibile, et omne genus mentale est existens in re sensibili.

⟨4.⟩ Item. Si genus differret ab individuo, hoc esset, quia genus predicatorum de pluribus et individuum de uno solo. Sed hoc non potest esse, 20 quia individuum etiam predicatorum de pluribus, utpote de se et sibi similibus, et hoc univoce, quia iste terminus ‘Sortes’ predicatorum univoce de omnibus consimilibus terminis.

⟨1. AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum dicitur: si genus non differret ab individuo, tunc genus esset individuum. Tunc sic: omne individuum continetur ab aliqua specie; aliquod genus generalissimum est individuum; 25 8^{va} aliquod genus generalissimum | continetur ab aliqua specie, et per consequens genus generalissimum esset inferius ad aliquam speciem.

⟨2. AD OPPOSITUM⟩ Item. Sequeretur quod supremum in coordinatione predicabili esset infimum eiusdem coordinationis. Consequentia 30

14 subiectis] subiectum(?) *E* 15 individuo] ad *E* 17 omnes] omnes *E*
27 continetur] sub(?) add. *necnon del. E* 30 eiusdem] eiusdem *iter. E*

patet, quia in omni coordinatione predicatorum genus generalissimum est supremum, et individuum est infimum.

- ⟨3. AD OPPOSITUM⟩ Item. Si sic, tunc genus generalissimum non predicitur de pluribus, quia nullum individuum predicatur de pluribus. Et 5 confirmatur per textum Porphyrii,¹ qui dicit genus differe ab individuo per hoc quod genus predicatur de pluribus et individuum de uno solo.

- ⟨DISTINCTIO⟩ Distinctio premittenda est ista quod iste terminus ‘individuum’ potest accipi duplice, scilicet, large vel stricte. Large secundum quod est nomen prime intentionis, significans re(m) materialiter existentem sive istud sit signum sive res que non est signum. Stricte secundum quod est nomen secunde intentionis, significans signum quod significative sumptum non predicatur de pluribus saltem univoce. Et sic accipit Porphyrius *individuum* quando dicit quod individuum est quod predicitur de uno solo.

- 15 ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod genus non differt ab individuo large accipiendo ‘individuum’, quia genus non differt ab ente et individuum taliter acceptum convertitur cum ente.

- ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod omne genus continetur ab aliqua specie tamquam significatum alicuius speciei, non 20 tamen tamquam inferius ad illam speciem. Ista declaratur, quia omne individuum significatur per aliquam speciem, omne genus est individuum, igitur omne genus significatur per aliquam speciem. Maior videatur de se nota, quia omne ens est alicuius speciei. Minor patet per precedentem conclusionem.

- 25 ⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod aliquod genus generalissimum est pars individui stricte accipiendo ‘individuum’. Et patet ista conclusio de hoc individuo ‘hec substantia’ demonstrando hoc genus generalissimum ‘substantia’ quod quidem genus est substantia secunda.

- 30 ⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod aliquod genus generalissimum est per se inferius ad aliud genus generalissimum. Quod declaratur sic: omne istud est inferius | ad aliud quod aliquod eius significatum significat vel pro aliquo eius significato stat eodem modo quo stat

^{8vb}

⁹ significans] enim add. E

1 Isagoge, I, 11 (3, 14–15): ‘(...) de pluribus praedicari dividit genus ab his quae de uno solo eorum quae sunt individua praedicantur (...).’

suum superius, et non pro quolibet suo significato; sed taliter se habet aliquod genus generalissimum, igitur etcetera. Maior videtur de se nota, quia ideo *homo* dicitur per se inferius ad *animal* quia pro aliquo significato animalis stat eodem modo quo *animal* stat pro eodem significato et non pro omni significato animalis stat. Et dico 'eodem modo', id est 5 *absolute* vel *connotative*. Et minor declaratur, et vocetur ista propositio 'Hec substantia est' A, in qua demonstraretur hoc genus generalissimum *substantia*, et ista propositio 'Substantia est' B, tunc clarum est quod in A iste terminus 'substantia' stat pro aliquo significato substantie absolute, vel saltem eodem modo quo pro eodem stat iste terminus 'substantia' in 10 B, et in A non stat pro omni significato substantie, igitur iste terminus 'substantia' in A contractus per hoc pronomen demonstrative(m) 'hec' est inferius ad istum terminum 'substantia' in B, et iste terminus 'substantia' que est in A, est genus generalissimum, et consimiliter iste terminus 'substantia' que est in B; igitur unum genus generalissimum est inferius 15 ad aliud.

Et si dicatur quod sic sequitur quod iste terminus 'substantia' esset inferius ad istum terminum 'substantia', et sic idem esset inferius ad se ipsum, *dicitur* negando consequentiam, et concedendo antecedens, quia iste terminus 'substantia' in A differt numero ab isto termino in B. 20

Item. Quod iste terminus 'substantia' in A est inferius ad istum terminum 'substantia' in B, adhuc probatur, quia ab isto termino 'substantia' in A ad istum 'substantia' in B est consequentia subsistendi et non e converso, igitur iste terminus 'substantia' in A est inferius ad istum 'substantia' in B. Ista consequentia patet per Aristotelem *Postpredicamentis*, 25 capitulo de *prius*,² et antecedens declaratur, quia sequitur 'hec substantia est, 9^{ra} igitur substantia est', ita quod A sit antecedens | et B consequens, et non sequitur e converso, quia non sequitur 'substantia est, igitur hec substantia est', sicud de se notum est.

Et ex ipsis possunt elici plurime alie conclusiones mirabiles quas ingeniosus dimitto. 30

²³ subsistendi] ?? add. necnon del. E

² Aristoteles, *Predicamenta*, XII, 14a29–34: '(...) quod non convertitur secundum subsistendi consequentiam, ut unus duobus prius est (cum enim duo sint, consequitur mox unum esse, cum vero sit unum non est necesse duo esse); quare non convertitur ab uno consequentia alterius subsistentiae' – tr. Boethii.

⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo conclusionem, accipiendo ‘individuum’ primo modo, quia sic terminus ‘genus’ differt ab individuo sicut probat ad argumentum.

5 ⟨AD 2.⟩ Ad secundum igitur patet per idem quia quidquid sit de consequente, quia consequens sit verum accipiendo primo modo.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium patet per idem.

10 ⟨AD 4.⟩ Ad quartum dicitur quod genus differt ab individuo secundo modo accepto per hoc quod genus personaliter sumptum predicator de pluribus univoce personaliter sumptis; quod non est verum de individuo secundo modo accepto, quia, quamvis predicator de pluribus univoce materialiter acceptum, non tamen predicator de pluribus personaliter acceptum.

⟨AD 1. AD OPPOSITUM⟩ Ad primum in oppositum dicitur quod ‘contineri ab aliqua specie’ potest intelligi dupliciter, scilicet, vel ⟨tam⟩quam 15 ⟨superius⟩ vel tamquam inferius, et utroque modo conceditur quod genus generalissimum continetur sub quadam specie, sicut potest elici ex ultima conclusione.

20 *Et si dicatur* quod tunc genus generalissimum continetur tamquam inferius sub genere generalissimo, quod est contra Porfirium,³ qui dicit quod genus generalissimum sic est genus quod non potest esse species, vel quod non habet genus supra se veniens, *ad istud dicitur* breviter quod Porfirius intelligit de generalissimo non restricto per ⟨de⟩monstationem vel obligationem ad tempus vel ad aliud huiusmodi.

25 ⟨AD 2. AD OPPOSITUM⟩ Ad aliud dicitur negando consequentiam, quia genus generalissimum non est individuum quod est infimum coordinationis, quia istud individuum est individuum representative univocum. Verumtamen, quamvis aliquis concederet sub diversa ratione, nullum esset inconveniens, quia nihil plus sequitur nisi quod aliquod quod alicui esset genus generalissimum, scilicet illi cui non esset restrictum, alicui 30 esset individuum infimum talis coordinationis, scilicet, illi cui est restrictum ad aliquod unum | suppositum vel signatum talis generis precise. 9^{rb}

4 idem] quia add. E 6 tertium] secundum E 31 suppositum] subpositum E

3 *Isagoge*, II, 5 (3, 15–17): ‘Est autem generalissimum quidem super quod nullum ultra aliud sit superveniens genus (...)’ *Isagoge*, II, 8 (5, 17–18): ‘Determinant ergo generalissimum ita, quod cum genus sit, non est species, et rursus, supra quod non est aliud superveniens genus (...)’

Unde satis probabiliter potest concedi quod idem diversis modis acceptum posset esse supremum et infimum alicuius coordinationis.

⟨AD 3. AD OPPOSITUM⟩ Ad ultimum dicitur negando consequentiam, et ad probationem dicitur quod genus generalissimum per hoc differt ab individuo quod ipsum personaliter sumptum predicatur de pluribus 5 personaliter sumptis univoce, quod non facit individuum.

Pro ista questione et pro omnibus consequentibus et subsequentibus se argumentis est notandum quod nihil determinative, sed tantummodo exercitative dicitur in eisdem, et hoc ad istum finem ut aliqua inveniantur quia multum sit inventum quia iste est modus inveniendi, sicut patet in 10 universitate Ocsonienti in qua plura nova inveniuntur quam in aliquo alio studio generali.

Et sic est finis questionis.

⁵ sumptum] ¹ litt.? add. necnon del. E ⁶ sumptis] ind add. necnon del. E ⁷ subsequentibus] supsequentis E ⁹ finem] fine E ¹⁰ sit] sunt E ¹¹ Ocsonienti] in universitate Ocsonienti add. mg. E; alio studio(?) add. necnon del. E

⟨QUESTIO 11⟩

Consequenter queritur utrum
individuum predicetur de uno solo.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 De quolibet predicatur individuum, igitur non tantum de uno solo. Consequentia est nota, et antecedens patet, quia omne ens ⟨est⟩ individuum, sicud patet ex questione precedenti.

10 ⟨2.⟩ Item. Hoc individuum ‘Sortes’ predicatur de pluribus univoce, igitur non tantum de uno solo. Consequentia nota, et antecedens declaratur, quia hoc individuum ‘Sortes’ predicatur de pluribus, scilicet de omnibus similibus in voce vel in scripto, quia hec vox ‘Sortes’ est Sortes, et sic de aliis. Et quod predicatur univoce de eis, patet, quia mediante unitate conceptiva vel eadem ratione.

15 *Et si dicatur* quod primo predicatur de pluribus univoce, non tamen significative sumptum, sed materialiter vel simpliciter, quod non intelligit *Porphyrius*, *contra hoc arguitur*, quia hec vox ‘Sortes’ significat hoc A (littera nostra) et omnem similem, et non naturaliter, igitur ex impositione ad placitum. Ergo quando stat pro talibus vocibus, stat ⟨pro⟩ illis quibus imponebatur ad significandum, et per consequens stat significativa sive personaliter.

20 ⟨3.⟩ Item. Iste terminus ‘individuum’ predicatur de pluribus univoce, igitur individuum predicatur de pluribus univoce. Consequentia apparent evidens, et antecedens etiam patet, quia quod predicatur de pluribus, de se notum est, et quod univoce, patet, quia mediante eadem ratione sicud 25 mediante ista ratione qua predicatur de uno solo tantum univoce, sicud omnes tales predicationes sunt univoce: ‘Sortes est individuum’, ‘Plato est individuum’, et sic de aliis.

⟨4.⟩ Item. Omne superius predicatur de pluribus univoce, vel saltem est predicable de pluribus univoce; hoc individuum *Sortes* est quoddam 30 superius, igitur hoc individuum *Sortes* etcetera. Maior de se nota, quia

5 quolibet] qualibet *E*; supponit *add. E* 6–7 individuum] *Sortes* predicatur de pluribus univoce *add. necnon del. E* 14–15 non tamen significativa sumptum] non significativa sumptum *iter. E* 16 hoc] Aristotelem? *add. necnon del. E* | hec] habet *sed expunctum E*

omne superius respectu aliorum inferiorum dicitur ‘superius’ de quibus univoce predicatur. Et minor declaratur, quia hoc individuum *Sortes* est superius ad hoc individuum ‘iste Sortes’, nam sequitur ‘iste Sortes est, 9^{va} igitur Sortes est’, | et sequitur e converso ‘Sortes est, igitur iste Sortes est’.

⟨5.⟩ Item. Hoc individuum ‘iste homo’ predicatur de pluribus univoce, 5 igitur individuum predicatur de pluribus univoce. Consequentia nota, et antecedens declaratur quia hec pars ‘homo’ predicatur de pluribus univoce, et hec pars ‘iste’ predicatur de pluribus univoce, quia *Sortes* est iste, et quia *Plato* est iste, et sic de aliis, igitur istud totum ‘iste homo’ predicatur de pluribus univoce. 10

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est *Porphirius*,¹ qui dicit quod eorum que predicantur, alia de uno solo dicuntur, sicut individuum, ut *Socrates*, ⟨et⟩ hic et hoc et hoc.

⟨DISTINCTIO⟩ In ista questione presupponitur distinctio ⟨in⟩ questione ⟨precedenti⟩. 15

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima igitur conclusio est ista quod omne individuum predicatur univoce de pluribus, sicut probat primum argumentum, et hoc accipiendo ‘individuum’ stricte.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod esset concep- 20 denda in aliquo sensu quod individuum non est individuum, quia iste terminus ‘individuum’ non est nomen proprium, nec nomen commune sumptum cum pronomine demonstrativo, igitur non est individuum. Consequentia patet per textum *Porphirii* iam allegatum.

Et si dicatur: ‘nulla propositio verior est illa in qua idem predicatur de se ipso’, secundum Boethium in primo sui commenti super *Periherme- 25 neias*,² ita nulla propositio falsior est illa in qua idem negatur a se ipso, *ad istud breviter dicitur* quod Boethius intelligit quod ‘nulla propositio est verior illa in qua idem predicatur de se ipso’ uniformiter accepto, et cum hoc stat quod idem potest a se ipso negari difformiter accepta, et sic est in ista illa propositione: ‘individuum non est individuum’, quia subiectum 30 accipitur materialiter, et predicatum personaliter.

¹⁰ [predicatur] predicatur *iter.* E ¹¹ Ad oppositum *mg.* E ¹³ et] ut
E ¹⁵ precedenti] subposita E ²¹ est] individuum *add. necnon del.* E

¹ *Isagoge*, I, 6 (2, 17–18): ‘Eorum enim quae praedicantur, alia quidem de uno dicuntur solo, sicut individua sicut *Socrates* et *hic et hoc* (...)

² Boethius, *In librum De interpretatione*. Locus non inventus.

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista quod ‘individuum’ large acceptum est transcendens. Ista statim patet quia ‘individuum’ sic acceptum convertitur cum ‘ente’.

- 5 **〈CONCLUSIO QUARTA〉** Quarta conclusio est ista quod ‘individuum’ large acceptum est superius ad genus generalissimum, et patet ex tertia conclusione.

- 10 **〈CONCLUSIO QUINTA〉** Quinta conclusio est ista quod ‘individuum’ strictissime et propriissime acceptum predicatur de pluribus univoce personaliter sumptis. Que declaratur sic: et 〈i〉 capiatur hoc individuum
15 mentale ‘iste homo’ demonstrando Sortem vel Platonem, et 〈ii〉 vocetur totus Sortes A, et Sortes preter digitum B, et vocetur individuum mentale Sortes C, tunc sic: 〈iii〉 C predicatur univoce de A et de B, igitur C predicatur de pluribus, et C est individuum propriissime acceptum, igitur individuum propriissime acceptum predicatur de pluribus. Et quod
20 15 C predicatur univoce de A et de B, declaratur, quia hec est vera: ‘A est | 9^{vb}
iste homo, et B est iste homo’, quia idem est conceptus proprius absolutus ipsius A et ipsius B. Quod declaratur sic: nam concipiatur Sortes ipsum A conceptu proprio. Quo conceptu manente in Sorte, auferatur digitus ipsius A, tunc Sortes experitur seipsum eodem conceptu concipere istud
25 quod remanet post ablationem digiti, et istud quod prefuit.

- Et si dicatur quod Sortes non hoc experitur, quamvis videatur sibi hoc experiri, contra: ex hoc sequeretur quod nullus potest se experiri intelligere vel concipere aliquam rem divisibilem (tam)quam totalitatem, quod videtur esse falsum. Patet igitur quod idem est conceptus proprius ipsius
25 A et ipsius B, et per consequens talis conceptus proprius personaliter acceptus predicatur de A et de B, et per consequens individuum vocale vel scriptum tali conceptui correspondens personaliter acceptum predicatorum de pluribus personaliter acceptis univoce.

Sed contra istam consequentiam instatur:

- 30 〈i〉 A est iste homo, et B est idem homo eodem demonstrato, igitur iste homo est A, et iste homo est B; igitur B est A, et B est pars A; igitur pars est totum illius cuius est pars.
35 〈ii〉 Item, si B sit A, B et A non sunt plura, quia nihil cum se ipso facit pluralitatem, et per consequens per hoc quod C predicatur de A et de B, non potest probari quod predicetur de pluribus saltem non univoce, secundum quod intelligitur conclusio.

13 et] c add. interl. E 14 propriissime] proprium E 18 Sorte] manente in Sorte iter. E; sine sectu(?) Sortes add. E 31 A¹] B E; lac. 3 litt. E 35 univoce] sinorum (?) E

⟨AD I⟩ Ad primum istorum dicitur concedendo quod *B* est *A* non primo. Et ad istum intellectum loquitur Aristoteles primo *Physicorum*,³ ubi querit, si pars sit eadem toti vel totum parti, ubi vult quod in aliquo sensu est ut sic, scilicet, quod totum est idem parti, scilicet, non primo, et in aliquo sensu est ut non, scilicet, quod totum non est idem parti, quia totum non est idem parti. 5

Confirmatur etiam ratione, quia clarum est quod maior distinctio est inter ista que totaliter distinguuntur quam inter ista que partialiter distinguuntur; sed omne quod est minus tale, est minus tale per admixtionem sui contrarii, sicud expresse habetur ab Aristotele, quinto 10
10^{ra} *Physicorum*.⁴

Si igitur inter ista que partialiter distinguuntur, minor fit distinctio vel diversitas hec per admixtionem sui contrarii, scilicet, identitatis, 15 igitur aliqualis identitas est inter totum (et partem), et per consequens in aliquo sensu hec est vera: ‘totum est pars’ vel ‘pars est totum’; et hoc precipue de parte et de toto que habent precise eandem formam ultimatum quacumque alia forma remota; sed *B* et *A* habent precise eandem animam ipso digito remoto. *Sed sic non est* de *A* et de digito, quia *A* et digitus non habent eandem animam ipso *B* remoto. Potest igitur probabiliter concedi quod ista pars hominis que includit omnes partes 20 virtuales sive necessarias sive ad retentionem anime intellective est totus homo cuius est pars quamvis non primo.

⟨AD II⟩ Ad secundum dicitur quod, si *A* esset *B* primo, tunc *A* et *B* non facerent plura, quia nihil facit pluralitatem cum se ipso quod est ipsummet primo, sed bene cum hoc stat: aliiquid bene facit pluralitatem 25 cum se ipso quod non est ipsummet primo.

⟨CONCLUSIO SEXTA⟩ Sexta conclusio est ista quod individuum propriissime acceptum predicatur de pluribus univoce personaliter acceptis mediante conceptu composito. Ista conclusio declaratur, et ponatur quod sint tres homines quorum quilibet vocatur ‘Sortes’, scilicet, *A* et *B* et *C*; 30 tunc hoc individuum *Sortes* predicatur de *A* et *B* et *C* mediante isto conceptu composito *res que vocatur Sortes*, igitur aliquod individuum proprii acceptum predicatur de pluribus totaliter distinctis vel pro totaliter distinctis supponentibus personaliter acceptis mediante unico conceptu composito. Et totum patet. 35

6 parti] primo add. *E* 13 identitatis] adenti-tas *E*; scilicet add. *necnon del. E*
14 totum] lac. 3 litt. *E* 15 pars] in aliquo add. *necnon del. E*

3 Aristoteles, *Physica* I, 2, 185b11–16.

4 Aristoteles, *Physica* v, 6, 229b23–229a18. Locus non inventus.

〈CONCLUSIO SEPTIMA〉 Septima conclusio est ista quod individuum proprium acceptum non predicatur de pluribus totaliter distinctis personaliter acceptis mediante unico conceptu simplici precise. Et patet ista conclusio satis ex predicta, quia quilibet talis conceptus est unius proprius.

- 5 Et ad istum intellectum loquitur Porfirius.

〈AD 1.〉 Ad primam igitur rationem principalem dicitur concedendo conclusionem accipiendo ‘individuum’ secundum quod est transcendens, sicud accipit argumentum.

〈AD 2.〉 Ad secundum dicitur concedendo conclusionem, scilicet,

- 10 quod ‘Sortes’ predicatur de pluribus materialiter acceptis, sicud probat argumentum, et ulterius conceditur quod predicatur de pluribus significative acceptis. Et ulterius potest negari ista consequentia ‘igitur predicatur de pluribus personaliter acceptis’, quia probabiliter potest poni distinctio inter suppositionem significativam | et personalem tamquam

10^{rb}

- 15 superius et inferius, quia omnis suppositio personalis est significativa et non e contra, quia ad hoc quod aliqua suppositio significativa sit, sufficit quod terminus supponat pro illo cui imponitur ad significandum, sive istud significatur a signo significante et a suo simili, sive non; sed ad hoc quod aliquid supponat personaliter, oportet quod supponat pro aliquo 20 alio a se vel a suo simili, si istud esset. Unde in ista propositione ‘omnis A est littera’, supposito quod A non imponatur ad significandum nisi talem litteram, subiectum supponit significativa, et etiam pro isto cui imponebatur ad significandum, non tamen supponit personaliter. Sed secus est de subiecto ipsius propositionis ‘qualitas est vox’, et patet per totum.

- 25 **〈AD 3.〉** Ad tertium dicitur concedendo conclusionem, nec est hoc contra Porfirium, quia ipse intelligit de nomine proprio vel de termino communi cum pronomine demonstrativo, et ita Aristoteles non est ad oppositum.

〈AD 4.〉 Ad quartum dicitur concedendo quod omne superius predi-

- 30 catur de pluribus non mediante conceptu simplici. Utrum tamen iste terminus ‘Sortes’ et consimiles sint proprie individua, patebit in proxima questione. Ideo ad istud argumentum ad presens non dico.

〈AD 5.〉 Ad quintum dicitur negando quod hec pars ‘iste’ predicatur de pluribus univoce, saltem mediante conceptu simplici in istis propositione-

¹³ quia] pro pl. prop(?) add. necnon del. E | probabiliter] probabiliter mg. E 18 significatur] significatur E^c 27 ita] ?? add. necnon del. E; Aristoteles non est ad oppositum mg. E^c 30 mediante] concep utrum(?) add. necnon del. E 31 patebit] precedit E

nibus ‘Sortes est iste’, ‘Plato est iste’, et sic de aliis. Hoc pronomen ‘iste’ si correspondeat conceptui simplici demonstrativo, tunc predicatur equivoce, vel si univoce, tunc ex forma imposita quod supponeret pro aliquo.

⟨AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum patet per superius dictum. 5

Et sic est finis questionis.

³ tunc] ex forma imposta quod supponeret pro aliquo *add. mg. E*

〈QUESTIO 12〉

Consequenter queritur utrum aliquod
individuum sit terminus communis.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic.

5 Omne convertibile cum termino communi est terminus communis; aliquod individuum est convertibile cum termino communi; igitur aliquod individuum est terminus communis. Maior istius rationis patet ex hoc, quod cuicunque competit unum convertibilium, et reliquum, et per consequens, cum terminus communis competit pluribus, et ideo dicatur 10 commune, omne convertibile cum eo competit pluribus, et pari ratione dicetur terminus communis. Maior declaratur, quia hoc individuum *Sortes* convertitur cum isto termino communi ‘res que vocatur *Sortes*’.

⟨2.⟩ Item. Ponatur quod sint nisi tres homines quorum quilibet vocatur *Sortes*, scilicet, *A*, *B*. Tunc sic: hoc disiunctum ‘*A* vel *B* vel *C*’ est terminus 15 communis, et cum isto disiuncto convertitur hoc individuum *Sortes*; igitur hoc individuum *Sortes* est terminus communis. Consequentia patet sicud prius, et prima particula antecedentis patet, quia hoc disiunctum vere predicitur de *A*, et vere predicitur de *B*, et vere predicitur de *C*; igitur hoc disiunctum competit pluribus; igitur est terminus communis. Et 20 secunda particula antecedentis patet, quia, quidquid est *Sortes*, est *A* vel *B* vel *C*, et quidquid | est *A* vel *B* vel *C*, est *Sortes*; igitur hoc disiunctum convertitur cum hoc individuo *Sortes*.

⟨3.⟩ Item. Omne superius est terminus communis; hoc individuum *Sortes* est superius; igitur hoc individuum *Sortes* est terminus communis. 25 Maior videtur evidens, quia omne superius continet plura inferiora sub se, quibus univoce competit; igitur omne superius est commune. Minor etiam patet, quia hoc individuum *Sortes* e(s)t superius ad *A*, et est superius ad *B*, et est superius ad *C*, nam sequitur ‘*A* est, igitur *Sortes* est’, et non sequitur e converso; igitur *Sortes* est superius ad *A*, et consimiliter 30 probatur quod sit superius ad *B* et ad *C*.

⟨4.⟩ Item. Scribatur ista propositio in pariete: ‘*Sortes* currit’. Tunc 35 videns talem propositionem et intelligens concipit aliquid complexive per istam propositionem, et per consequens habet propositionem mentalem correspondentem tali propositioni scripte; que quidem propositio mentalis vocetur *D*: tunc subiectum ipsius *D* vel est terminus communis,

vel proprius. Si communis, habetur propositum, quia omnis terminus vocalis vel scriptus correspondens conceptui communi est terminus communis, et per consequens, si istud individuum ‘Sortes’ correspondeat termino mentali communi, hoc individuum ‘Sortes’ erit terminus communis. Nec potest dici secundum, quod sit terminus proprius quia non maiori ratione erit conceptus proprius ipsius *A* quam conceptus proprius ipsius *B*, vel ipsius *C*, et non erit conceptus compositus ex omnibus istis. Conceptus proprius igitur nullo modo erit conceptus proprius. Et confirmatur, quia: volo quod lateat videntem quot sunt homines quorum quilibet vocatur Sortes, tunc clarum est quod talis homo non habet conceptum proprium cuiuslibet hominis qui vocatur Sortes, quia si haberet, per hoc posset experiri quot essent homines quorum quilibet vocatur Sortes, quod de se patet esse falsum. 5 10 10^{vb}

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum arguitur: nullum proprium est commune; omne individuum est proprium; igitur nullum individuum est commune. Maior videtur de se nota, | quia ideo aliquid dicitur proprium sive terminus proprius secundum quod in proposito accipitur, quia uni competit, et non pluribus. Commune vero dicitur quod pluribus competit, sicud patet per Donatum.¹ Modo, non competere pluribus et competere pluribus sunt contraria, et per consequens non possunt eidem simul competere. Et minor satis elicetur a Porphirio,² qui vult quod individuum uni soli competit, et non pluribus. 15 20 25

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ In ista questione premittitur una distinctio communis, quod ‘commune’ est duplex, scilicet, commune univocum et commune equivocum. 30

⟨COMMUNE UNIVOCUM⟩ ‘Commune univocum’ dicitur istud quod competit pluribus mediante eodem conceptu, sive simplici sive composito, eque primo, ita quod, si sit conceptus compositus, non competit uni ratione unius partis talis conceptus et alteri ratione alterius partis, sed utriusque competit ratione cuiuslibet partis talis conceptus compositi; et talis conceptus compositus est diffinitivus quia competit cuilibet suppo-

⁸ istis] istis: *sup. lin. E^c 12 posset*] quo add. necnon del. *E 29–30* sed utriusque] an utricumque? *E 30* talis] con ... add. necnon del. *E 31* quia] que *E*

¹ Donatus, *Ars grammatica*. Locus non inventus.

² *Isagoge*, I, 6 (2, 17–18): ‘Eorum enim quae praedicantur, alia quidem de uno dicuntur solo, sicut individua sicut Socrates et hic et hoc (...)

sito sive diffinito ratione cuiuslibet sue partis, sicud ista diffinitio ‘animal rationale mortale’ non tantum competit Sorti ratione ‘animalis’, sed etiam ratione ‘rationalis’ et ‘mortalis’.

- ⟨COMMUNE EQUIVOCUM⟩ ‘Commune equivocum’ dicitur istud quod
- 5 competit pluribus ratione diversorum conceptuum, sive isti conceptus sint simplices, sive compositi, ita videlicet quod istud commune competit uni mediante uno conceptu simplici, et alteri mediante alio, et tertio mediante tertio, quamvis ex istis conceptibus unus conceptus componatur.
 - 10 ⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Alia distinctio est ista quod univorum quoddam est complexum et quoddam incomplexum, et similiter equivocorum: complexum sicud hoc disiunctum: ‘Sortes vel Plato’, incomplexum sicud iste terminus ‘Sortes’ diversa significans proprie et non appellative.
 - 15 ⟨DISTINCTIO TERTIA⟩ Tertia distinctio est ista, quod univorum | 11^{ra} quoddam est primo univocum, idest non ratione alicuius sue partis precise, sed ratione totius; et quoddam est univocum non primo, quia est univocum ratione alicuius sue partis, et non totius vel cuiuslibet partis.
 - 20 Exemplum primi: iste terminus ‘homo’ est univocus primo modo, quia non ratione alicuius sue partis precise, et similiter iste terminus complexus ‘animal rationale mortale’. Exemplum secundi sicud iste terminus complexus ‘res existens Sortes’ est terminus univocus ratione istius partis ‘res existens’ et ⟨non⟩ ratione istius termini ‘Sortes’, et similiter iste
 - 25 terminus ‘substantia existens Sortes’ sive ‘substantia que vocatur Sortes’.

- ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod aliqui duo termini absolute convertuntur, quorum unus est univocus et alias equivocus. Ista patet de istis duobus terminis ‘Sortes’ et ‘res que vocatur Sortes’ vel ‘substantia existens Sortes’. Et clarum est quod iste terminus ‘Sortes’
- 30 supposito quod significet pluribus impositionibus mediantibus diversis conceptibus, sicud ad presens supponitur, est terminus equivocus et iste terminus ‘substantia existens Sortes’ est terminus univocus, saltem non primo.

- ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod aliquis terminus proprius convertitur cum aliquo termino communi. Ista patet de

¹ cuiuslibet] sive add. necnon del. ratione *E* 6–7 competit] competit *E* 7 uno]
unitate(?) *E* | concepti *E* 16–17 partis precise] parte precisa *E*

eisdem terminis, quia iste terminus ‘Sortes’ est terminus proprius, et iste terminus ‘substantia existens Sortes’ est terminus communis, quia competit pluribus univoce.

Sed contra istam conclusionem instatur: si iste terminus ‘substantia existens Sortes’ competenteret pluribus univoce, hoc esset mediante eodem conceptu. Consequentia nota, et falsitas consequentis declaratur, quia mediante uno conceptu verificatur de *A*, scilicet, conceptu proprio ipsius *A*, et mediante alio verificatur de *B*, et mediante alio de *C*, et istud dicitur concedendo quod iste terminus ‘substantia existens Sortes’ competit pluribus mediantibus diversis conceptibus partialibus, sive partis, et

11^{rb} competit etiam eisdem mediante uno conceptu partiali | ratione cuius dicitur univocum non primo, quia ratione istius conceptus partialis *substantia que vocatur vel substantia existens* competit pluribus, et ideo sicud dictum est, ratione eiusdem conceptus dicitur univocum non primo, et ratione aliorum conceptuum correspondentium in diversis propositionibus tali termino ‘Sortes’, potest etiam iste idem terminus dici equivocum non primo.

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista quod aliquis terminus proprius est commune equivocum. Et ista patet de se.

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista quod aliquis terminus proprius habet inferius. Ista patet sic: omne commune habet inferius; aliquis terminus proprius est communis; ideoque aliquis terminus proprius habet inferius. Maior nota, et minor patet per precedentem conclusionem.

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista quod aliqua propositionis singularis in qua subicitur terminus communis sine signo. Que declaratur sic: omnis propositionis singularis cuius subiectum est terminus proprius; aliqua propositionis singularis in qua subicitur terminus communis sine signo est propositionis singularis cuius subiectum est terminus proprius; ideoque aliqua propositionis singularis in qua subicitur terminus communis sine signo est propositionis singularis. Maior patet per diffinitionem propositionis singularis, et minor patet de ista propositione ‘Sortes est homo’, in qua subicitur iste terminus communis ‘Sortes’ sine signo.

〈CONCLUSIO SEXTA〉 Sexta conclusio est ista quod nulla propositionis singularis cuius subiectum est terminus communis univocum primo sine signo et sine pronomine demonstrativo. Ista statim patet, quia omnis talis est indefinita. *Et si dicatur* quod ex predicta conclusione ista esset

11 partiali] ratione add. necnon del. E 26 subicitur] sine signo add. necnon del. E

indefinita: ‘Sortes est homo’ per diffinitionem propositionis indefinite, quia in ista subicitur terminus communis sine signo, *ad istud breviter* quod ista diffinitio intelligitur de termino communi uni⟨vo⟩co.

⟨CONCLUSIO SEPTIMA⟩ Septima conclusio est ista quod aliqua est pro-

- 5 positio singularis cui nulla mentalis eque simplex correspondet convertibiliter. Ista declaratur, et capiatur ista vocalis ‘Sortes est homo’, posito quod multi sint homines quorum quilibet vocatur ‘Sortes’, et capiatur mentalis sibi correspondens qui vocetur A, tunc subiectum ipsius A vel est simplex vel compositum. Si est simplex, vel est proprius vel communi.
- 10 Si proprius, tunc tantum competit isti Sortes vel isti, et sic de singulis, cum sit conceptus proprius, et per consequens | non correspondet convertibiliter isti termino ‘Sortes’, quicquidem terminus vocalis, per casum, correspondet isti Sorti, et correspondet isti Sorti, et isti, et sic de singulis. Si vero sit terminus communis, cum nullus conceptus sit commune
- 15 equivocum, sequitur quod sit commune univocum, et per consequens non correspondet isti termini vocali ‘Sortes’. Si sit terminus compositus, tunc est eque simplex sicut iste terminus vocalis ‘Sortes’. Patet igitur quod nulla propositio mentalis eque simplex correspondet convertibiliter isti vocali ‘Sortes est homo’.
- 20 ⟨CONCLUSIO OCTAVA⟩ Octava conclusio est ista quod aliqua mentalis sibi correspondet convertibiliter, quamvis non sit eque simplex, sicut ista res que vocatur Sortes.

11^{va}

Ex predictis igitur patet quid sit dicendum ad titulum questionis.

- ⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo maiorem et
- 25 etiam minorem et conclusionem, videlicet quod iste terminus ‘Sortes’ est terminus communis equivocus. Sed si accipiatur in maiori quod omne quod convertitur cum termino communi univoco est terminus communis univocus, tunc esset maior neganda.

⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur concedendo conclusionem, scilicet,

- 30 quod hoc disiunctum ‘A vel B vel C’ esset convertibiliter cum isto termino vocali, et ulterius dicitur quod, sicut iste terminus ‘Sortes’ est terminus communis equivocus, ita hoc disiunctum ‘A vel B vel C’, quia hoc disiunctum predicatur de A ratione istius conceptus A, et predicatur de B ratione istius conceptus B, et de C ratione istius conceptus C, et ita
- 35 predicatur de pluribus mediantibus diversis conceptibus.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur concedendo maiorem, quod omne superius est terminus communis equivocus vel univocus, et consimiliter concedi-

tur conclusio. *Et si dicatur* quod secundum Porphyrium³ sub individuis non contingit descendere, *ad hoc respondeatur tripliciter*: primo quod ipse intelligit quod sub individuo non contingit descendere univoce; secundo potest dici quod ipse intelligit de individuo mentali sibi correspondenti 11^{vb} convertibiliter; tertio potest dici quod ipse | intelligit de individuo propriissime accepto. Et quelibet istarum responsionum evacuat argumentum.

⟨AD 4.⟩ Ad quartum dicitur quod subiectum ipsius *D* est terminus communis complexus univocus, scilicet, iste terminus ‘res que vocatur Sortes’ qui convertitur cum isto termino ‘Sortes’. Ex hoc tamen non sequitur quod iste terminus ‘Sortes’ sit terminus univocus. 10

⟨AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM⟩ Ad argumentum ad oppositum dicitur concedendo istam ‘nullum proprium est commune univocum’ accipiendo ‘proprium’ pro nomine proprio, sicud in proposito accipitur. Cum hoc tamen stat quod sit commune equivocum. Unde talis terminus 15 dicitur proprius, non quia non competit pluribus, sed quia nullus conceptus simplex cui tale proprium nomen correspondet, competit pluribus suppositionaliter sive totaliter distinctis.

¹⁴ proprium] propria *E*

³ *Isagoge*, II, 11 (6, 13–15) (sed non ad verbum): ‘(...) individua autem quae sunt post specialissima, infinita sunt. Quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendenter iubet Plato quiescere (...)’

⟨QUESTIO 13⟩

Consequenter queritur utrum proprietas
unius individui inveniatur in altero.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic.

Ista proprietas *risibile* competit cuilibet homini, et ista proprietas *risibile* est proprietas alicuius individui; igitur proprietas unius individui competit alteri individuo. Ista consequentia est de se nota. Et prima particula antecedentis, scilicet, quod ista proprietas sive istud proprium *risibile* competit cuilibet homini, patet de se, et per Porphyrium,¹ quia quilibet homo naturaliter est risibilis. Et secunda particula, scilicet, quod sit proprietas alicuius individui, declaratur, quia est proprietas hominis, et omnis homo est individuum; igitur est proprietas individui.

⟨2.⟩ Item. Si aliqua esset proprietas unius individui que non posset competere alteri individuo, ista videtur maxime esse ista proprietas quod est *predicari de uno solo*; sed hoc competit omni individuo; igitur proprietas unius individui competit alteri individuo.

⟨3.⟩ Item. Omnis ⟨proprietas⟩ unius individui competit alteri individuo; igitur proprietas unius individui competit alteri individuo. Ista consequentia est de se nota, quia arguitur *ab universali ad suam indefinitam sive a toto universali vel a toto in quantitate ad suam partem sive sub⟨iecti⟩|vam*. Et antecedens declaratur inductive, quia ista proprietas que est *esse Sophronisci filius* competit vel saltem potest competere alteri individuo, quia suppositus potest habere plures filios. Similiter ista proprietas *esse in isto loco, esse in isto instanti, esse istius longitudinis, esse istius longitudinis, esse istius coloris*, et sic de quacumque alia proprietate individuali, potest competere pluribus aliis individuis. Ergo videtur quod nulla sit proprietas unius individui quin poterit competere alteri individuo.

12^{ra}

³ altero] corr. ex aliquo E ²² Sophronisci] Subfronisi *passim* E ²⁵ istius] compe(?) E

¹ *Isagoge*, IV (12, 17–19): ‘⟨Quod⟩ soli et omni et semper ⟨accidit⟩, quemadmodum homini esse risibile.’

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius, capitulo de *specie*,² ubi dicit: ‘Individuum autem dicitur ut Sortes et hoc album et hoc veniens et hic Sophronisci filius, et sequitur individua autem dicuntur huiusmodi quoniam ex proprietatibus consistit unumquodque eorum, collectio numquam in alio in eodem erit. Sortis enim proprietas numquam erit in alio particularium.’

⟨DISTINCTIO⟩ In ista questione presuppono diffinitionem proprii positam a Porphyrio in textu, capitulo de ⟨*proprio*⟩,³ cui addo distinctionem talem, quod preter istas modos predictos de individuo in precedentibus questionibus positos, potest ‘individuum’ adhuc accipi duplicititer, quia quoddam dicitur individuum *ut nunc*, et quoddam *simpliciter*. *Individuum ut nunc* potest istud dici quod pronunc non competit alicui nisi uni soli, ita quod non competit pluribus, quamvis sine nova impositione posset pluribus competere, et talia individua sunt omnes termini habentes tantum unum suppositum. Et ad istum intellectum loquitur Porphyrius quando dicit quod filius Sophronisci sit individuum, idest, iste terminus ‘filius Sophronisci’, si solus sit ei Socrates filius. *Individuum vero simpliciter* dicitur istud quod non potest univoce pluribus competere sine nova impositione, sicud ‘Socrates’ et ‘hoc album’ et ‘hoc veniens’, etcetera.

10

15

20

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod proprietas individuialis, accipiendo ‘proprietatem’ sive ‘proprium’ primo vel secundo vel tertio modo quo accipit Porphyrius ‘proprium’,⁴ potest competere pluribus individuis. Ista | statim patet per primum argumentum principale, quia non oportet quod talis proprietas convertitur cum isto cuius est proprietas.

25

8 de] seq. lac. 4 litt. E

2 Isagoge, II, 15 (7, 19–25): ‘Individuum autem dicitur Socrates et hoc album et hic veniens, ut Sophronisci filius, si solus ei sit Socrates filius. Individua ergo dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit unumquodque eorum, quorum collectio numquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates numquam in alio quolibet erunt particularium (...).’

3 Isagoge, IV (12, 17–19): ‘⟨Quod⟩ soli et omni et semper ⟨accidit⟩, quemadmodum homini esse risibile.’

4 Isagoge, IV (12, 12–17): ‘(...) et ⟨1⟩ id quod soli alicui specie accidit, etsi non omni, ut homini medicum esse vel geometrem, et ⟨2⟩ quod omni accidit, etsi non soli, quemadmodum homini esse bipedem, Et ⟨3⟩ quod soli et omni et aliquando, ut homini in senectute canescere (...).’

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod proprietas individualis accipiendo quarto modo ‘proprium’⁵ scilicet, secundum quod convertitur cum isto cum quo est proprietas unius individui, numquam potest univoce alteri individuo competere. Ista conclusio statim patet de se, quia, si convertitur cum aliquo individuo, non potest alicui alteri competere, quia, si posset, tunc cum tali individuo non converteatur, quia hoc vocatur ‘converti cum aliquo’, quando alteri ab ipso vel a suo convertibili vel a suo contento non potest competere univoce.

⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo quod *risibile* est proprietas individui, quia istius individui quod est iste terminus ‘homo’. Et iterum conceditur quod est proprietas individui accipiendo ‘individuum’ pro proprio nomine alicuius, quia est proprietas Sortis et non Platonis, sed non quarto modo, quia non est proprietas Sortis convertibilis cum Sorte, et ita diverso modo accipiendo ‘individuum’ diversi mode possunt ista argumenta in proposito concedi et negari. Et totum patet.

⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur negando assumptum, quia ista est proprietas convertibilis cum ‘individuo’ proprie accepto, idest, cum isto termino ‘individuum’ proprie accepto.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur concedendo consequentiam, et negando antecedens. Et ad probationem dicitur negando quod aliquod aliud individuum a Sorte, est istius longitudinis demonstrando longitudinem Sortis, et hoc proprie loquendo. Sed transsumptive loquendo bene potest concedi, et tunc stat loco istius ‘est equalis longitudinis vel consimilis longitudinis’. Et ulterius etiam dicitur quod esse istius complexionis ratione simpliciter et compunctabiliter consimilis complexionis cum Sorte aliquid aliud individuum secundum Avicennam, primo *Canonum*, capitulo de *complexione*⁶ est impossibile. Sed quidquid sit de possibilitate, numquam inveniabantur, nec invenientur aliqua duo individua compu(nc)tabiliter et totaliter consimilis complexionis vel consimilis proportionis membrorum quin aliqualis dissimilitudo fuerit. Et

⁴ conclusio] patet add. necnon del. E 7 quando] i add. necnon del. E 22 longitudinis] demonstrato de add. necnon exp. E 24–25 vel consimilis longitudinis] vel consimilis longitudinis superscr. E 25 istius] competi(?) add. necnon del. E 25–26 complexionis] e add. necnon del. E

⁵ *Isagoge*, IV (12, 17–19): ‘quantum vero, in quo concurrit et soli et omni et semper, quemadmodum homini esse risibile’.

⁶ Avicenna, *Canon medicinae*. Locus non inventus. Fortasse l. 1, 3.1?

consimiliter dicitur de aliis proprietatibus naturalibus, ut proprie loquendo quod nullum aliud individuum a Sorte est istius bonitatis, quamvis sit consimile.

12^{va} De ista proprietate individuali que est | ‘esse in isto loco’ dicitur quod non est proprietas Sortis nisi ut nunc, et non simpliciter. 5

⟨AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum patet per predicta, quid sit dicendum et qualiter Sophronisci filius sit individuum.

⟨QUESTIO 14⟩

Consequenter queritur utrum species
sit res distincta a termino sive a signo.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic.

5 Nihil dignum imperio est terminus vel signum; aliqua species est digna imperio; igitur aliqua species non est terminus vel signum. Maior est de se nota, et minor patet per textum Porfirii,¹ quo dicitur quod ‘species Priami digna est imperio’.

10 ⟨2.⟩ Item. Nulla forma substantialis est terminus vel signum; aliqua species est forma substantialis; igitur aliqua species non est terminus vel signum. Maior est de se nota; et minor patet secundum istum textum Porfirii,² quo dicitur: ‘species autem dicitur de uniuscuiusque forma’.

15 ⟨3.⟩ Item. Nulla species in qua convenient Sortes et Plato, est terminus vel signum; sed aliqua est species in qua convenient Sortes et Plato; igitur aliqua est species que non est terminus vel signum. Maior declaratur, quia nullo termino vel signo existente adhuc Sortes et Plato convenient ⟨in⟩ specie, et Sortes et albedo differunt; sed nullo termino existente Sortes et Plato non convenient in aliquo termino; igitur species in qua convenient Sortes et Plato, non est terminus vel signum. Et minor patet 20 de se, videlicet, quod aliqua sit species in qua convenient Sortes et Plato, quia sunt eiusdem speciei specialissime.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum arguitur: omne universale est terminus vel signum; omnis species est universalis; igitur, omnis species e(s)t terminus vel signum.

25 Maior videtur evidens, precipue secundum *modernos*, et satis apparent ratione, quia omne predicabile de pluribus est terminus vel signum, quia omne tale est aptum natum esse pars propositionis, et omne aptum

⁷ dicitur] dicit E ²² arguitur] ?? 3 litt. add. necnon del. E ²³ omnis] omne E
²⁵ evidens] propter add. necnon del. E

¹ *Isagoge*, II, 1 (3, 21–4, 1): ‘(...) “Priami quidem species digna est imperio”. (Porphyrius adfert locum Euripidis, *Aeolus*, fr. 8.2, Van Looy-Jouan.)

² *Isagoge*, loc. cit.: ‘Species autem dicitur quidem et de uiuscuiusque forma (...)’

natum esse pars propositionis est terminus vel signum, saltem propositionis usitate, magis loquendo secundum intentionem Boecii supra pri-
 12^{vb} mum *Perihermeneias*,³ | ubi vult quod omnis propositio sit vocalis, men-
 talis vel scripta. Et intelligitur de propositionibus communiter usitatis,
 quia in rei veritate aliqua est propositio mentalis qua quidam claustrales 5
 utuntur exprimendo mentis conceptum complexe per motum digito-
 rum. Et minor predice rationis, videlicet, quod omnis species sit uni-
 versale, patet, quia est species et predicatur de pluribus.

Ad istam partem possunt fieri multa argumenta, que probant aliquam naturam in communi que non est signum vel terminus, esse universale, 10
 sed quia talia argumenta in pluribus locis inveniuntur, et ista opinio est ita usualis quod a nullo *modernorum* reputatur recitatione digna. Ideo omnia ista que ad istam materiam pertinent, diximus omittenda.

(DISTINCTIO) Distinctio premittenda est ista quod ‘species’ accipitur multipliciter: uno modo pro pulchritudine; secundo modo pro forma; tertio modo pro diffinitione; quarto modo pro similitudine representa-
 tiva; quinto modo pro quoddam universali. Et omnes isti modi pluries pate(n)t in diversis locis philosophie. 15

Nam primo modo accepta manifeste patet per textum et per istam propositionem *Sacre scripture*⁴ qua dicitur: ‘species non decepit te, idest: 20
 pulchritudo’.

Secundo modo accipitur ab Aristotele, secundo *Physicorum*,⁵ et primo *De anima*,⁶ et in quampluribus aliis locis.

Tertio modo accipitur etiam ab Aristotele, primo *Posteriorum*.⁷

Quarto modo accipitur ab Aristotele, secundo *De anima*,⁸ ubi vult 25
 quod sensus sit susceptivus specierum rerum sensibilium sine materia.

10 terminus] a(?) add. necnon del. E

3 Boethius, *In librum De interpretatione Editio secunda*, I, 413 D (PL 64).

4 Dan. 13, 56

5 Aristoteles, *Physica* II, 1, 193b3–5: ‘Quare alio modo natura utique erit habendum in se ipsis motus principium forma et species, que non separata est sed secundum rationem’ – tr. vetus.

6 Vel potius Aristoteles, *De anima* III, 8, 432a2; *Auctoritates* 188 (165): ‘Intellectus est species specierum, id est formarum?’ Cf. Aristoteles, *De Anima* III, 8, 431b29–432a1. *Auctoritates* 188 (163): ‘Lapis non est in anima sed species ejus.’

7 Cf. Aristoteles, *Analytica Posteriora* I, 11, 77a25–26.

8 Aristoteles, *De anima* II, 12, 424a17–20. *Auctoritates* 182 (103): ‘Omnis sensus est susceptivus omnium specierum sensibilium sine materia, sicut cera suscipit figuram sigilli auri sine auro.’ Aristoteles *De anima* II, 12, 424a17–20.

Et quinto modo accipitur a Porphirio.⁹

(CONCLUSIO PRIMA) Et secundum quemlibet istorum modorum ponende sunt aliisque conclusiones. Quarum prima est ista | quod aliquod signum est species primo modo accepta, quia signum scriptum pulchritudine et proportionalitate est pulchritudo, et per consequens est species primo modo accepta; sed nullum signum vocale vel mentale proprie loquendo est aliqua talis species. Et patet totum.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod non omnis species isto modo accipiendo ‘speciem’ est signum vel terminus. Et patet ista conclusio de se, quia multe res sunt pulchritudines reales que non sunt signa.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod aliqua species secundo modo accepta est terminus vel signum, quia aliqua species secundo modo accepta, scilicet, pro forma, est quoddam signum mentale vel vocale, que quidem signa sunt forme accidentiales.

(CONCLUSIO QUARTA) Quarta conclusio est ista quod non omnis species taliter accepta est signum, quia non omnis forma est signum.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod omnis species tertio modo accepta est signum vel signa, quia omnis diffinitio est oratio, sicud patet per Aristotelem, sexto *Topicorum*¹⁰ (et) per Petrum Hispanum, capitulo de *locis*,¹¹ qui dicunt quod diffinitio est oratio indicans essentiam rei; sed omnis oratio est signum vel signa; igitur omnis talis species est signum vel signa.

(CONCLUSIO SEXTA) Sexta conclusio est ista quod aliqua species quarto modo accepta est signum vel terminus, quia conceptus lapidis que est similitudo representativa lapidis, est terminus mentalis de quo dicit Aristoteles, tertio *De anima*,¹² quod lapis non est in anima, sed species lapidis.

⁹ ista] quod aliquod signum add. E; *idem textus invenitur intio f. 13^{ra}; sequitur textus scriptus sub columna, eadem manu, sed inverso modo cordis mente mente cordissime mente secis E 20–21 Petrum Hispanum] Petrum Inspanum E 24 Sexta] Octava E*

¹⁰ *Isagoge*, passim.

¹¹ Aristoteles, *Topica* vi, passim.

¹² Petrus Hispanus, *Summulae logicales: tractatus quintus: de locis*, ed. De Rijk 60¹⁰: ‘Diffinitio est oratio quid est esse significans.’

¹² Aristoteles, *De anima* III, 8, 431b29–432a1. Auctoritates 188 (163): ‘Lapis non est in anima sed species ejus.’ (Aristoteles, *De anima* III, 8, 431b29–432a1).

〈CONCLUSIO SEPTIMA〉 Septima conclusio est ista quod omnis species quinto modo accepta est signum simplex vel compositum. Et patet statim, quia omnis talis est predicable de pluribus; igitur omnis talis species est signum.

〈CONCLUSIO OCTAVA〉 Ex predictis ulterius sequuntur aliqe conclusiones. Sequitur igitur quod proprie loquendo nullo signo existente aliqua sunt eiusdem speciei accipiendo ‘speciem’ pro forma, quia aliqua sunt que precise habent eandem formam substantialem. Ista patet secundum illos qui ponunt quod tota | anima est in toto corpore et in qualibet eius parte, et per consequens caput et pes sunt eiusdem speciei, quia precise eandem formam habent.

〈CONCLUSIO NONA〉 Nona conclusio est ista quod nullo signo existente Sortes et Plato proprie loquendo secundum communem opinionem non sunt eiusdem speciei, quamvis forte secundum opinionem Commentatoris¹³ qui posuit unum intellectum esse in omnibus, possent dici in aliquo sensu ‘eiusdem speciei’, quia eiusdem intellectus. Ista conclusio patet, quia Sortes et Plato sunt eiusdem forme.

〈CONCLUSIO DECIMA〉 Decima conclusio est ista: transsumptive loquendo nullo signo existente Sortes et Plato sunt eiusdem speciei, idest: Sortes et Plato habent consimiles formas ultimatas.

〈CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, I〉 Sed contra istam conclusionem instatur, et probatur quod ista conclusio non sit ab aliquo asserenda, sed potius dubitanda, quia propter nullam aliam rationem ponendum est quod Sortes et Plato habent forma(s) ultimatas eius(dem) speciei vel omnino consimiles nisi quia eorum ultimate operationes que sunt intelligere, etcetera, sunt omnino consimiles. Sed ex hoc non sequitur, quia, si sic, tunc Deus et angelus et anima dicitur esse eius(dem) speciei, quia perfectissima operatio Dei est intelligere, et perfectissima (operatio) angeli est intelligere, et perfectissima operatio anime intelligere; sed clarum est quod ista non sunt eiusdem speciei specialissime. Sequitur igitur quod predicta ratio non valet.

〈CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, II〉 Item, nulli duo angeli sunt eiusdem speciei; igitur nulle due anime sunt eiusdem speciei. Conse-

6 igitur] ? 6 litt. add. necnon del. E 15 omnibus] tunc add. E | possent] possent E
20 ultimatas] seq. lac. fere 20 litt. E 22 non] non sup. lin. E 26 etcetera] scilicet E

¹³ Auctoritates 191 (201): Commentator super tertium *De anima*: ‘Intellectus est omnibus communis (...).’ Averroes, *In De anima*, III, com. 1, p. 380, l. 44–45 (ed. F.S. Crawford 1953): ‘(...) cum intellectus sit communis omnibus, cognitio autem non’.

quentia videtur evidens, quia non videtur maior ratio ex una parte quam ex alia. Et antecedens patet communiter per theologos et specialiter per Thomam in prima parte *Summe*,¹⁴ ubi vult quod nulli duo angeli sunt eiusdem speciei, quia intellectio individuorum eiusdem speciei fit ratione materie et non ratione forme, quia forma est que distinguit et facit differentiam specificam.

5 *<CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, III>* Item, non habemus, ut videatur, maiorem certitudinem, quamvis forte poteremus habere maiorem | apparentiam, quare ultimata forma Sortis et ultimata forma Platonis sunt eiusdem speciei quam quod ultimata forma Sortis et ultimata forma aranea sint eiusdem speciei, et ultimata forma asini, quia videmus manifeste quod aranea subtilius quam aliquod ingenium humanum posset attingere cum ponit rete suum, et hoc, ut videtur ex proposito, quia ad certum finem, scilicet ut capiat muscas.

10 15 *<CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, IV>* Confirmatur hoc idem per multas aves, que nutritae inter homines diversas <h>istorias didicerunt, et diversa in absentiis, eisdem presentibus narraverunt.

15 20 *<CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, V>* Confirmatur etiam per diversa animalia que videntur diversis factis prenoscitare futura, sicud corvi cantando prenoscitant pluviam, et cigni cantando prenoscitant mortem, et porci portando stramen prenoscitant tempestatem, utpote pluviam vel ventum, et sic quasi de infinitis, ex quibus potest elici evidentia iudicium rationale inesse aliis animalibus ab homine. Confirmatur etiam per asinum Balaam qui ordinate et discrete ipsi, Balaam loquebatur.¹⁵

25 *<AD ARGUMENTUM CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, I>* Ad primum istorum dicitur quod ista conclusio est asserenda et non dubitanda utendo radice Aristotelis primo *Physicorum*,¹⁶ ubi elicetur quod pluralitas sive diversitas non est ponenda sine ratione cogente; igitur ubicumque non est ratio cogens manifeste probans pluralitatem vel diversitatem

¹² aranea] arania E; subtilissime verum add. E ^{12–13} attingere] adtingere E
¹⁶ didicerunt] e add. E ¹⁷ absentiis] seu in absentiis quod(?) add. E | eisdem] eisdem E
²⁰ cantando] cantando iter. necnon del. E

¹⁴ Thomas Aquinas, *Summa Theologiae*, 1a, 50,4: ‘Si ergo angeli non sunt compositi ex materia et forma, ut dictum est supra, sequitur quod impossibile sit esse duos angelos unius speciei’

¹⁵ Num., 22, 30

¹⁶ Aristoteles, *Physica* 1, 4, 188a17–18: ‘Dignius autem est minora et finita recipere, quod vere facit Empedoclis’ – tr. vetus; *Auctoritates* 141 (26): ‘Melius est ponere principia finita quam infinita, ex quo habetur quod peccatum est fieri per plura quod potest fieri per pauciora.’ Aristoteles., *Physica*, 1, 4, 188a17–18.

specificam naturalem, talis diversitas non est ponenda, quia inter ultimatam formam Sortis et ultimatam formam Platonis non appetet rationabiliter diversitas specifica. Afferendum est istos specie non differre.

Ad probationem in oppositum dicitur quod ista est una ratio, scilicet, 13^{vb} quod ultimata | operatio Sortis et ultimata operatio Platonis sint omnino 5 consimiles et aliunde non appetet diversitas. Quod non est verum de Deo et de angelis et de anima, quia, quamvis ultimata operatio Dei et ultimata operatio (anime) et ultimata operatio angeli sit intelligere, tamen aliunde appetet diversitas specifica precipue inter Deum et animam, et inter Deum et angelum, quia, sicud probat Aristoteles, octavo *Physicorum*,¹⁷ 10 Deus est virtus infinita, et angeli sunt virtutes finite, et per consequens differunt specifice.

Sed contra hoc instatur quia: capiantur duo ligna eiusdem speciei specialissime sive duo longitudines, tunc, si una illarum in infinitum procedetur, non differet specie ab alia. Et consimiliter, ut videtur, sicut 15 est de extensione, ita de intensione, quia, si una albedo in infinitum intenderetur, non magis differret specie a remissa albedine quam remissa albedo vel albedo minus intensa. Ita, ut videtur, quamvis prima causa sit virtus infinita et angelus et anima sint virtutes finite, propter hoc non debent differe specie. 20

Et confirmatur, quia magis et minus non variant speciem.

Pro istis breviter dicitur quod duplex est ‘intentio’ quia quedam est intentio que fit per simile semper, sicud, si cera protrahitur in longitudinem, vel una longitudine qualitercumque per simile augmentatur, vel una albedo intenditur per novam albedinem supervenientem, et talis 25 intentio, vel remissio, si in infinitum crescat, non variat speciem, quia fit intentio semper per simile. Sed sic non | (est) in proposito, quia Deus non intenditur per aliquod simile, nec e(x)cedit propriæ loquendo in natura sua aliquam aliam virtutem, quia omne e(x)cedens est divisibile in excedens et in id quod exceditur. Quod non contingit Deo, quia est una res ind 30 visibilis infinite perfectionis; angelus vero et anima sunt etiam virtutes indivisibiles finite, et ideo ista differunt specie, non solum quia ista virtus est finita et ista infinita, sed quia ista infinitas consistit (in) indivisibili et ista finitas similiter.

5 operatio] opp app add. necnon del. E 8 anime] seq. lac. 5 litt. E 23 simile] e add. necnon exp. E | si] sera add. necnon del. E 24 simile] acnimetur E 25 intenditur] intendatur E | novam] novem E 26 remissio] vel add. necnon del. E

17 Aristoteles, *Physica*, VIII, 6. Sed non ad verbum.

Per hoc patet ad confirmationem, quia istud dictum intelligitur de maioritate que fit per additionem similis, et de minoritate que fit per subtractionem similis. De angelo vero et de anima probabiliter potest dici quod propter aliquam rationem naturalem non est asserendum
 5 ipsos differre specie, quamvis ob reverentiam doctorum istud tenentium teneatur.

⟨AD ARGUMENTUM CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, II⟩ Ad secundum dicitur negando consequentiam quantum est ad sensum naturalem, quia per nullam rationem naturalem potest probari nulos duos ange-
 10 los fore eiusdem speciei. Et ad Thomam dicitur quod, qui vult, potest credere, vel qui non vult, potest dimittere, quia ratio quam adducit, neminem cogit. *⟨Ad⟩* ultimam dicitur quod forma est que facit differentiam specificam, sed cum hoc stat quod forma sit que facit specificam conve-
 15 nientiam, quod satis patet de animabus separatis quas nullus ponit specie differre.

⟨AD ARGUMENTUM CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, III⟩ Ad tertium dicitur quod non haberemus maiorem | demonstrativam, sed unde
 14^{rb} veniat ista superioritas aranee ad apes, alibi suo loco patebit, quia non est presentis speculationis, nisi valde per *⟨accidens⟩*, sed breviter dicitur
 20 ‘instinctu nature cum fantasia indeterminata’ de quo apparebit tertio *De anima*.¹⁸

⟨AD ARGUMENTUM CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, IV⟩ Per hoc idem, patet ad quartum, quia multa talia fiunt cum fantasia indetermi-
 25 nata et instinctu nature mote per mutationes superiores, et per idem patet ad confirmationem.

⟨AD ARGUMENTUM CONTRA CONCLUSIONEM DECIMAM, V⟩ Et ad ultimum dicitur quod accidit miraculose, et per consequens non debet ascribi talis locutio asini alicui forme naturali.

⟨CONCLUSIO UNDECIMA⟩ Undecima conclusio est ista quod, sive spe-
 30 cies accipiatur pro re que non est signum, sive pro signo, Sortes et Plato sunt eiusdem speciei. Quia, si accipiatur pro aliqua re que non est signum, tunc sunt eiusdem speciei secundum intellectum quem ponit decima conclusio, et si species accipiatur pro signo, tunc est conclusio de se manifesta, quia Sortes et Plato concipiuntur unico conceptu speciei

⁸ naturalem] dubitur *E*; negando consequentiam quantum est ad sensum naturalem *iter. E mg. 12 Ad]* sed *E 14 ponit]* dif *add. necnon del. E 19 accidentis]* accipitur *E*

¹⁸ Thomas Manlevelt videtur ibi referre ad commentarium eius *Questiones super De anima*, III. Textum invenire non potui.

specialissime, et hoc est Sortem et Platonem esse eiusdem speciei logice loquendo.

⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo conclusionem, videlicet quod aliqua species non est signum, sicut diffuse patet per conclusiones iam positas.

⟨AD 2.⟩ Per idem patet ad secundum, quia conceditur conclusio.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur negando maiorem, istam scilicet, quod nulla species in qua convenientur Sortes et Plato est terminus vel signum,

^{14^{va}}

quia conceptus specificus in quo | convenientur Sortes et Plato, idest, terminus vel signum, quia conceptus specificus in quo convenientur Sortes et Plato, scilicet, quo simul Sortes et Plato est terminus vel signum. Et ad probationem dicitur quod argumentum probat quod aliqua species in qua convenientur Sortes et Plato non est terminus vel signum, et cum hoc stat quod aliqua species in qua convenientur Sortes et Plato, sit terminus vel signum, quia ista sunt subcontraria et possunt simul stare in veritate. ¹⁵ Verumtamen ista propositio ‘aliqua species in qua convenientur Sortes et Plato non est terminus vel signum’ in sensu proprio non est vera, si ista affirmativa implicetur ‘aliqua est species in qua conve(niunt) Sortes et Plato, et ista non est signum vel terminus’, quia in nulla anima sive forma convenientur Sortes et Plato, quia nulla est una forma Sortis et Platonis. ²⁰ Sed transsumptive loquendo potest concedi ad istum intellectum quod Sortes et Plato habent duas formas maxime similes, vel qualem formam habet Plato, talem similem substantialem habet Sortes.

⟨AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM⟩ Ad argumentum igitur in oppositum dicitur concedendo quod omne universale logicale est terminus vel signum, et hoc extendendo terminum et signum tam ad signum complexum quam incomplexum. Sed universale naturale non oportet quod sit terminus vel signum, cuiusmodi universale est Deus vel prima causa et omnes alie cause universales. Et in primo sensu conceditur conclusio. ²⁵

⁴ diffuse] diffuse -om(?) E 8–11 signum, quia conceptus specificus in quo convenientur Sortes et Plato, idest, terminus vel signum, quia conceptus specificus in quo convenientur Sortes et Plato, scilicet, quo simul Sortes et Plato est terminus vel signum] signum, quia conceptus specificus in quo convenientur Sortes et Plato, scilicet, quo simul Sortes et Plato est terminus vel signum mg. E 13 Sortes et Plato] Sortes et Plato sup. lin. E

⟨QUESTIO 15⟩

Consequenter queritur utrum homo sit species animalis.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nullius animalis est homo species, igitur homo non est species animalis. Consequentia nota, et antecedens patet inductive.

⟨2.⟩ Item. Si homo esset species animalis, cum genus et sua | species dicantur relative ad invicem, sequeretur quod homo et animal essent relativa sibi invicem. Sed falsitas consequentis patet de se, quia homo non est animalis homo, nec animal hominis animal.

10 ⟨3.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod animal esset genus hominis. Consequentia nota de se. Et quod consequens sit falsum patet, quia animal non predicitur in quid de homine, quamvis ‘animal’ predicitur in quid de homine, igitur animal non est genus hominis.

15 ⟨4.⟩ Item. Nullus homo est species animalis, igitur homo non ⟨est⟩ species animalis. Consequentia videtur evidens quia arguitur *ab universalis ad suam indefinitam*. Et antecedens patet inductive.

20 ⟨5.⟩ Item. Animal potest esse sine homine, igitur animal non est genus hominis. Ista consequentia patet ex hoc quod genus non potest esse sine sua specie. Et antecedens patet ex textu Porfirii¹ quia per hoc probat quod genus est prius sua specie.

25 ⟨6.⟩ Item. Si homo esset species animalis, sequeretur quod homo mortuus esset species animalis. Consequentia patet, quia homo mortuus in aliqua significacione est homo. Falsitas consequentis patet, quia sic sequeretur quod homo mortuus esset animal et per consequens esset substantia animata et igitur substantia viva, ergo non esset mortuus.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porfirius qui frequenter ponit animal esse genus hominis, et hominem esse speciem animalis.

7 dicantur] dicuntur *E*

1 *Isagoge*, x, 3 (15, 19–20): ‘Et species quidem cum sit, est et genus, genus vero cum sit, non omnino erit et species.’ Cf. *Isagoge*, vii, 3 (14, 11–12): ‘(...) si non sit animal, non est equus neque homo.’

⟨DISTINCTIO⟩ In ista questione presupponitur distinctio de suppositione materiali et personali et simplici.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Qua presupposita prima conclusio est ista quod homo est species animalis. Que declaratur sic: animal est per se superius ad istum terminum ‘homo’, igitur iste terminus ‘homo’ est species vel 5 15^{ra} individuum | eius, et non individuum, igitur species.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod homo est species *animal*. Et patet ex prima quia est species istius termini ‘animal’.

⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod hec est concedenda: ‘omne “homo” est species animalis’, quia omnis talis terminus 10 ‘homo’ est species animalis, et per consequens omne homo, quia homo materialiter positum, ut communiter dicitur, est neutri generis, ergo et cetera.

Sed contra hoc instatur: ‘omne homo est species animalis, igitur istud homo est species animalis’. Consequentia est bona, et tamen istud homo 15 est individuum, et sic sequeretur quod aliquod individuum esset species animalis.

Ad istud breviter dicitur concedendo quod istud ‘homo’ sit species animalis quocumque tali termino demonstrato. Et ulterius conceditur quod individuum individualitate existentie est species animalis, sed non 20 individuum representationis.

⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod nulla species que est homo, nec aliquod genus quod est animal dicuntur relative ad invicem. Ista conclusio patet, quia sic sequeretur quod homo et animal dicerentur relative. Falsitas consequentis patet de se. 25

⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Quinta conclusio est ista quod species et genus que verificantur de homine et animali, dicuntur relativa ad invicem, quia isti duo termini ‘species’ et ‘genus’.

⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale dicitur distinguendo antecedens eo quod iste terminus ‘animalis’ potest accipi materialiter vel personaliter. Si personaliter, vera est, sicut patet per eius probationem. Si vero materialiter, adhuc distinguenda est eo quod potest supponere materialiter eo modo quo aliquid supponit pro se, et sic adhuc est vera, quia iste terminus sive iste obliquus ‘animalis’ non est genus hominis. | Vel potest supponere materialiter eo modo quo obliquus supponit materialiter pro 30 35

19 tali] tali E^c 21 individuum] re add. E 27 relativa] relative E

suo recto, et sic antecedens est falsum, quia homo est species animalis, idest: istius termini ‘animal’.

- 5 ⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur negando consequentiam, quia ista propositio ‘genus et species sunt relativa sibi invicem’ est vera secundum quod isti duo termini ‘genus’ et ‘species’ supponant materialiter, et non personaliter.

- 10 Et si tunc arguatur sic: omne genus dicitur relative ad suam speciem; animal est genus; igitur animal dicitur relative ad suam speciem, *ad istud dicitur* negando maiorem, quia iste terminus ‘genus’ quamvis sit genus, tamen propter penuriam nominum non videtur habere aliquam speciem ad quam dicitur relative.

- 15 Sed si tunc argueretur sic: omne genus dicitur universale ad speciem, *dicitur* concedendo; si sit subiectum, supponit materialiter, quia iste terminus ‘genus’ dicitur relative ad speciem, et omnis terminus consimilis. 20 ⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur negando istam consequentiam ‘igitur animalis est genus hominis’, quia, quamvis in ista propositione ‘homo est species animalis’, iste genitivus ‘animalis’ ex communi consuetudine loquendi supponit materialiter pro suo recto, hoc tamen non est vera in ista propositione ‘animalis est genus hominis’, quia non est talis consuetudo loquendi, et tamen consuetudo maximam vim habet in modo loquendi.

- 25 ⟨AD 4.⟩ Ad quartum dicitur concedendo antecedens et consequens in sensu in quo sequitur ex antecedente, et hoc est in sensu in quo supponit personaliter. Cum hoc tamen stat quod homo est species animalis, scilicet quod ly homo supponit materialiter, et tunc est indefinita istius universalis ‘omne homo est species animalis’ accipiendo istum terminum ‘homo’ materialiter et per consequens universaliter.

- 30 ⟨AD 5.⟩ Ad quintum dicitur quod animal potest esse sine homine, et negando ulterius consequentiam, si ly ‘animal’ stat materialiter. Et ad probationem dicitur concedendo quod genus non potest esse sine sua specie, non de virtute sermonis, sed ad istum intellectum quod genus non potest esse genus sine sua specie, et hoc est dictu quod ista propositio est impossibilis: | ‘genus est et nulla species est’. Et ulterius ad Porfirium dicitur quod iste accipit in ista propositione ‘genus est prius sua specie’² istum terminum ‘genus’ personaliter, et non materialiter ad istum intellectum quod iste terminus ‘animal’ est prior quam iste

15^{va}

¹⁰ non] non *sup. lin. E*

² *Isagoge*, x, 2 (15, 18–19): ‘priora sunt naturaliter genera’.

terminus ‘homo’, sed non quod iste terminus ‘genus’ est prior isto termino ‘species’.

⟨AD 6.⟩ Ad sextum dicitur quod probabiliter potest dici quod, sicut ‘homo’ accipitur equivoce pro homine vivo et mortuo, ita ‘animal’, et ideo, sicut iste terminus ‘homo’ acceptus pro homine vivo est species istius termini ‘animal’ accepti pro animali vivo, ita iste terminus ‘homo mortuus’ vel ‘homo pictus’ est species istius termini ‘animal’ accepti in tali significatione, scilicet pro animali mortuo vel picto, et pro tali significatione non verificatur de animali ista diffinitio sive ista ratio ‘substantia animata sensibilis’ secundum quod elicetur ab Aristotele in primo *Predicamentorum*,³ ubi vult quod iste terminus ‘animal’ sit equivocus ad animal verum et ad animal pictum, et non secundum eandem rationem verificatur de utroque.

⟨AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM⟩ Ad argumentum ad oppositum patet per iam dictam.

5

10

15

³ Aristoteles, *Predicamenta* 1, 1a3: ‘Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa, ut animal homo et quod pingitur.’ – tr. Boethii.

⟨QUESTIO 16⟩

Consequenter queritur utrum genus
et species sint sibi invicem relativa.

⟨1.⟩ Arguitur primo quod non.

- 5 Omnia relativa sunt simul natura, sed genus et species non sunt simul natura, igitur genus et species non sunt sibi invicem relativa. Maior est Aristotelis in *Predicamentis*, capitulo de *relatione*.¹ Et minor patet per Porfirium qui dicit quod genus est prior specie,² ex quo sequitur quod genus et species non sunt simul natura.
- 10 ⟨2.⟩ Item. Si genus et species essent relativa sibi invicem, cum non maiori ratione unum genus vel species quam aliud genus vel species, sequeretur quod omne genus et species essent relativa sibi invicem. Et per consequens hoc genus *substantia* et species essent relativa sibi invicem; sed consequens falsum, igitur istud ex quo sequitur. Falsitas consequentis
- 15 patet, quia substantia ad nullum refertur relative.

- ⟨3.⟩ Item. Si essent relativa sibi invicem, sequeretur quod ista consequentia esset bona ‘genus igitur alicuius specie genus’; sed consequens falsum, | igitur et antecedens. Falsitas consequentis declaratur, quia iste terminus ‘genus’ est genus, et tamen nullius speciei est genus, sicut 15^{vb}
- 20 potest probari inductive. Et quod iste terminus ‘genus’ est genus, patet quia est ipsummet. Item, iste terminus ‘genus’ vere vocatur genus, igitur iste terminus ‘genus’ est genus.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est textus Porfirii qui dicit quod genus et species sunt relativa sibi invicem, quia dicit sic: ‘noscere autem oportet quoniam et genus alicuius est genus et species alicuius est species, ideo necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti.’³

19 genus] lac. 3 litt. E

1 Aristoteles, *Predicamenta* 7, 7b15: ‘Videtur autem ad aliquid simul esse natura.’ – tr. Boethii.

2 *Isagoge*, x, 2 (15, 18–19): ‘priora sunt naturaliter genera.’

3 *Isagoge*, II, 2 (4, 5–7): ‘Nosse autem oportet (quod), quoniam et genus alicuius est genus et species alicuius est species, idcirco necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti.’

⟨Distinctio⟩ In ista questione premitto conclusiones que in precedentibus questionibus premittebantur.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod non omne genus, accipiendo ‘genus’ materialiter, est alicuius speciei genus. Et patet ista consequentia de isto termino ‘genus’.

5

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod aliquod genus est species specialissima. Ista patet de isto termino ‘genus’ qui, quamvis vocetur ‘genus’, est tamen species specialissima istius generis quod est *universale*.

⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio que sequitur ex istis, quod aliqua coordinatio generalissimi et specialissimi ⟨est⟩ sine speciebus subalternis mediis, sicut patet de ista coordinatione: ‘universale genus, hoc genus’.

10

⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod non omne genus et species sunt sibi invicem relativa. Ista conclusio patet ex predictis de isto termino ‘genus’ accepto pro seipso.

15

⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Quinta conclusio est ista quod omne genus est alicuius speciei genus, si ly ‘genus’ supponat personaliter, et omnis species est alicuius generis species, si ly ‘species’ supponat personaliter. Et ex hoc sequitur ista indiffinita quam intelligit Porphirius, et saltem quam vult 20 intelligere ‘genus est alicuius genus, species est alicuius species’.⁴

20

⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale ⟨dicitur⟩ concedendo conclusionem quod genus et species non sunt simul natura, quia indiffinita est, et vera, sicut patet per predictas conclusiones. Et cum hoc stat quod genus et species sunt simul natura.

25

^{16^{ra}}

Pro quo est notandum quod ‘aliquid esse genus’ potest intelligi | dupliciter: vel quia vocatur vere ‘genus’, vel quia est divisibilis. Primo modo iste terminus ‘genus’ est genus, et non secundo modo, et ideo non oportet in primo sensu acceptus iste terminus ‘genus’ quod relative dicitur, sed secundo modo, et sic intelligit Porphirius. Et ulterius dicitur concedendo quod genus est prius specie subiecto et predicato stantibus personaliter et non materialiter, et hoc intelligit Porphirius.

30

¹⁸ omnis] omnes *E* ²⁰ ista] istarum (?) *E* ²² primum] d *add. necnon del.* *E*
³⁰ intelligit] intelligitur *E* ³¹ subiecto] subiectum *E*

4 *Isagoge*, II, 2 (4, 5–8): ‘(...) et genus alicuius est genus et species alicuius est species.’

⟨AD 2.) Ad secundum dicitur negando istam quod non maiori ratione unum genus et species sunt relative quam aliud genus et species. Et hoc patet in presenti questione et in ista.

- 5 ⟨AD 3.) Ad tertium dicitur quod ista consequentia ⟨est⟩ bona: ‘aliquid genus est genus, ergo alicuius speciei genus’, et e converso, istis terminis ‘genus’ et ‘species’ stantibus personaliter, et hoc sufficit ad hoc quod sint relativa ad invicem.

Ad ultimum dicitur concedendo quod iste terminus ‘genus’ est genus primo modo acceptum non secundo modo.

- 10 ⟨AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum patet per iam dicta.

3 presenti] sunt relativa *add. necnon del. E*

⟨QUESTIO 17⟩

Consequenter queritur utrum in
diffinitione speciei sit necesse poni genus.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Quia ista est diffinitio speciei magis ab omnibus approbata: ‘species 5
est que predicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid
est’,¹ sed in ista diffinitione non ponitur genus, igitur non est necesse in
diffinitione speciei poni genus. Prima particula antecedentis patet per
Porfirium, qui dicit quod hec quidem assignatio speciei specialissime
est et que solum ⟨species⟩ est, alie vero erunt non specialissimarum,² 10
igitur videtur quod ista diffinitio sit magis specialis et magis distincta.
Et secunda particula antecedentis patet de se.

⟨2.⟩ Item. Omne quod debet poni in diffinitione alicuius, debet esse
notius diffinito; sed genus non est notius specie, igitur genus non debet
poni in diffinitione speciei. Maior videtur ex hoc evidens quod omne 15
istud quod ponitur in diffinitione alicuius, ponitur diffinitivum, et omne
notificans notius est notificato, quia omnis notificatio fit per notiora quia
aliter non notificaret. Et minor etiam patet, videlicet quod genus non sit
notius specie, quia genus et species sunt relativa, et unum relativorum
non est notius reliquo, ex eo quod unum non potest cognosci sine 20
reliquo, | sicud patet per Aristotelem, capitulo de *relatione*,³ ubi dicit
sic: ‘Ex his ergo manifestum est quod, si quis aliquid eorum que sunt
ad aliquid distincte sciret, istud ad quod dicitur distincte sciturus est.’

¹⁷ notificato] notificata E ¹⁸ notificaret] notificarent E | patet] scilicet add. necnon del. E ¹⁹ notius] notius iter. E | unum] unum sup. lin. E; omne add. necnon del. E

¹ *Isagoge*, II, 4 (4, 1–12): ‘(...) species est quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur’.

² *Isagoge*, II, 4 (4, 13–14): ‘Sed haec quidem assignatio specialissimae est et quae solum species est, aliae vero erunt etiam non specialissimarum.’

³ Aristoteles, *Predicamenta* 7, 8a37: ‘Ex his ergo manifestum est quod, si quis aliquod eorum quae sunt ad aliquid definite sciет, et illud ad quod dicitur definite sciturus est.’ – tr. Boethii.

⟨3.⟩ Item. Species ponitur in diffinitione generis, igitur genus non debet poni in diffinitione speciei. Ista consequentia patet per Aristotelem, secundo *Posteriorum*,⁴ et sexto *Topicorum*,⁵ in quibus locis videtur reprobare diffinitionem circularem.

5 ⟨4.⟩ Item. Species potest diffiniri sine hoc quod genus ponatur in eius diffinitione, igitur non est necesse poni genus in diffinitione speciei. Consequentia est de se nota, et antecedens declaratur, quia species potest esse quamvis non sit genus, igitur species diffinitur sine eo.

⟨AD OPPOSITUM, 1.⟩ Ad oppositum est Porphyrius,⁶ qui dicit: ‘idcirco necesse est in utrorumque utrisque uti.’

10 ⟨AD OPPOSITUM, 2.⟩ Item. Genus et species sunt relativa sibi invicem, et unum relativorum non potest distincte cognosci sine reliquo, igitur necesse est genus poni in diffinitione speciei. Prima particula antecedentis patet per textum Porphyrii in precedenti questione allegata.⁷ Secunda particula patet per auctoritatem Aristotelis, capitulo de *relatione*, iam allegatam.⁸

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ In ista questione premittitur prima distinctio quod ‘diffinitio’ accipitur tripliciter, scilicet, large, stricte et strictissime, hoc dictu est: communiter, proprie et propriissime.

20 Diffinitio large accepta extendit se ad quemcumque connotationem, sive convertibilem, sive non convertibilem cum diffinito.

Diffinitio stricte accepta non extendit se ad connotationem, sed ad descriptionem sive diffinitionem datam per additamentum, et talis diffinitio datur per genus et per proprium et aliquando per plura accidentia, 25 sive per plures terminos accidentiales qui simul compositi faciunt unum accidens convertibile cum diffinito, sicut patet in ista diffinitione ‘homo est animal et bipes, recte intendens’.

13 genus] genus sup. lin. E | particula] patet per add. necnon del. E 17 questione]
pret add. necnon del. E 20 connotationem] vocale add. E

4 Aristoteles, *Analytica posteriora* II, 4, 91a35–b11.

5 Aristoteles, *Topica* VI, 4, 142a34.

6 *Isagoge*, II, 2 (4, 7): ‘(...) necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti.’

7 *Isagoge*, II, 2 (5, 5–7): ‘Nosse autem oportet (quod), quoniam et genus alicuius est genus et species alicuius est species, idcirco necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti.’ Videas supra, Q. 16, AD OPP.

8 Aristoteles, *Predicamenta* 7, 8a37: ‘Ex his ergo manifestum est quod, si quis aliquod eorum quae sunt ad aliquid definite sciit, et illud ad quod dicitur definite sciturus est.’ – tr. Boethii. Videas supra, 2.

Diffinitio vero strictissime accepta vocatur illa que componitur ex genere diffiniti et differentia specifica cum diffinito convertibili, sicut patet de ipsa diffinitione ‘substantia animata sensibilis’.

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod quedam est notificatio remissa et quedam perfecta et quedam perfectior et quedam perfectissima. 5

Remissa vero generat aliqualem notificationem utrum quid significatur per terminum vel per notitiam confusam. Que quidem notificatio habet multos sensus.

Notificatio perfecta est illa qua scitur de aliqua re aliquas suas proprietates | accidentales sibi inesse. 10

Notificatio perfectior est illa qua scitur proprietates propriissimas aliquius rei secundum aliquid inesse.

Notificatio perfectissima est illa qua scitur res diffinire propriissime et proprie et communiter, hoc est qua cognoscitur differentia specifica convertibilis rei inesse, et qua cognoscuntur proprietates rei inesse, et etiam qua cognoscitur accidens talis rei sibi inesse, et per consequens ista notitia est composita ex pluribus notitiis vel saltem est plures notitias supponens. 15

Et de omnibus istis notitiis essent ponende diverse conclusiones, sed quia prius in pueri instrumentis iste questiones co(m)pilantur, igitur difficultibus conclusionibus omissis paucе faciliores ad titulum questionis directe pertinentes ad presens sunt ponende. 20

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Quarum prima est ista quod non cuiuslibet relativi prima notitia qua cognoscitur quid tale relativum significat, est eius notitia diffinitiva per suam correlarium. Ista demonstratur, et ponitur gratia exempli quod Sortes ignorat quid pater significat et quid filius significat; tunc clarum est: si dicetur Sorti ‘pater est istud quod habet filium’, ex hoc Sortes ignorat quid iste terminus ‘filius’ significat. Adhuc non noscitur quid iste terminus ‘pater’ significat saltem distincte. Ideo oportet quod, si Sortes debeat cognoscere quid iste terminus ‘pater’ significat per istam diffinitionem ‘pater est istud quod habeat filium’, oportet ipsum precognoscere quid iste terminus ‘filius’ significat aliqua alia notitia a notitia diffinitiva istius termini ‘filius’, quia, si queratur ‘quid est filius?’ et si respondeatur quod filius est istud quod habet patrem, adhuc 30

3 substantia] est add. necnon del. E | animata] est add. necnon del. et exp. E 16 cognoscuntur] rei add. necnon del. E 35 si] sic E

⟨quis⟩ ignorat quid est pater, ignorat etiam quid est filius. Igitur non cuiuslibet relativi prima notitia qua scitur quid tale relativum significat, est notitia diffinitiva.

- (CONCLUSIO SECUNDA)* Secunda conclusio est ista quod prima notitia alicuius relativi qua scitur *⟨quid⟩* tale relativum significat, causatur per aliquam informationem non diffinitivam sed potius narrativam. Ista conclusio quodam modo patet per conclusionem iam positam, et declaratur exemplariter, nam, si Sortes ignoraret quid significat pater et filius, tunc, si quereret ‘quid est filius?’, oportet quod narretur quod filius est res que habet animam sensitivam cuius causa generativa existit in rerum natura, et quia ista oratio est longior, quamvis convertitur cum isto termino ‘filius’, ideo proprie non est diffinitio, cum secundum Aristotelem, sexto *Topicorum*,⁹ diffinitio sit oratio compendiosa indicans quid sit *⟨in⟩re*.

- (CONCLUSIO TERTIA)* Tertia conclusio est ista quod possibile est primam notitiam *⟨esse⟩* diffinitivam. Ista declaratur quia: ponatur quod Sortes sciat narrative quid iste terminus ‘filius’ significat et ignoret quid significat iste terminus ‘pater’, sicut possibile, tunc, si Sortes quereret ‘quid est pater?’ et respondeatur scilicet quod pater est istud quod habeat filium, tunc Sortes primo scit quid iste terminus ‘pater’ significat per notitiam diffinitivam, quia per istam orationem compendiosam ‘istud quod habet filium’.

16^{vb}

- (CONCLUSIO QUARTA)* Quarta conclusio est ista quod omnis notitia informativa ab homine vel a libero presupponit credulitatem addiscentis.
- Ista conclusio declaratur, quia tento casu priori quod Sortes sciat narrative scilicet quid filius significat, et querat ab aliquo ‘quid est pater?’, qui sibi respondeat ‘pater est istud quod habet filium’, si Sortes non sibi credit, tunc Sortes adhuc non scit quid est pater. Et ideo dicit Aristoteles quod oportet addiscentem credere.¹⁰
- (CONCLUSIO QUINTA)* Quinta conclusio est ista quod possibile est aliquem scire quid relativum significat principale sine hoc quod sciat quid significat suum correlarium. Ista conclusio potest probari ex predictis, quia possibile est aliquem scire quid significat principaliter istud relativum ‘filius’ per orationem narrativam, ut, si quis dicat cui credit quod

¹ quis] ex E 4–5 notitia] ali add. necnon del. E 5 quid] qua E 9 filius] ratio proprie add. necnon del. E 24 homine] seq. lac. 2 litt. E

⁹ Aristoteles, *Topica* vi. Vel potius i, 5, 101b39; vii, 5, 154a31.

¹⁰ Cf. Aristoteles, *Topica* viii, 3, 159a11–14.

filius est res que habet animam sensitivam cuius rei causa particularis effectus existit in rerum natura, quamvis ignoret quid significat iste terminus ‘pater’.

〈CONCLUSIO SEXTA〉 Sexta conclusio est ista quod impossibile est aliquem scire diffinitive quid relativum significat principaliter et connotat nisi sciat quid significetur per suum correlarium. Ista patet, quia impossibile est aliquem scire quid iste terminus ‘pater’ significat per istam diffinitionem ‘istud quod habet filium’ nisi sciat quid iste terminus ‘filius’ significat. Et patet totum ex predictis, et hoc supposito quod ista sit diffinitio patris sicut in rei veritate suppono quod sit ad presens. 10

〈CONCLUSIO SEPTIMA〉 Septima conclusio est ista quod necesse est necessitate conditionata genus ponit in diffinitione speciei ad istum intellectum quod hec sit vera: si species bene diffinitur, genus poni(tur) in eius diffinitione. Ista consequentia patet per textum Porphirii allegatum.¹¹

〈CONCLUSIO OCTAVA〉 Octava conclusio est ista quod ista diffinitio speciei: ‘species est quod predicitur de pluribus numero differentibus in esse quod quid’ non est bona, sed de ista conclusione erit specialis questio immediate sequens.¹² 15

〈AD 1.〉 Ad primum igitur principale dicitur sicut iam innuit ultima 〈conclusio〉, quod ista diffinitio speciei non est bona, sicut patebit infra.¹³ 20

〈AD 2.〉 Ad secundum dicitur concedendo quod omne quod ponitur in diffinitione alicuius notificante ipsum | aliqua notitia, debet esse notius, sicut patet ex predictis, sed non oportet quod sit notius notitia diffinitiva. Et ulterius dicitur quod quamvis genus et species sint relativa, tamen possibile est unum istorum aliqua notitia notius esse reliquo quamvis non notitia diffinitiva. De ista materia plenius pertractabitur suo loco.¹⁴ 25

〈AD 3.〉 Ad tertium dicitur negando consequentiam. Et ad Aristotelem dicitur quod ipse intelligit de diffinitione propriissime dicta, quia talis est semper alicuius absoluti, ideo non debet esse circularis et tali diffi- 30

⁸ quod] quod *sup. lin. E* ²³ oportet] ? *del. E*; oportet *sup. lin. E*

¹¹ *Isagoge*, II, 2 (4, 7): ‘(...) necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti.’ Videas supra, AD OPP., 1.

¹² Videas infra, Q. 18.

¹³ Videas infra, Q. 18.

¹⁴ Thomas Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff. 43^{rb}–145^{vb}, Q. 63: Utrum unum relativorum poterit distincte cognosci ab aliquo licet reliquum ab eodem distincte non cognoscatur, ff. 93^{vb}–94^{vb}.

nitione non diffinitur aliquod relativum. Unde non est *<in>conveniens* diffinitionem relativorum esse circularem, sed potius est necessarium.

5 *<AD 4.>* Ad quartum dicitur negando antecedens. Et ad probationem dicitur negando quod species potest esse sine hoc quod sit genus, quamvis tamen ista sit vera de virtute sermonis, sed negatur ad istum intellectum in quo frequenter accipitur a multis, quod adhuc sit possibile species *<esse>* sine genere. Et patet ista responsio ex texto Porphyrii.¹⁵

<AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM> Ad argumentum in opposito patet satis per predicta.

⁷ esse] est *E*

¹⁵ *Isagoge*, x, 3 (15, 9–20): ‘Et species quidem cum sit, est et genus, genus vero cum sit, non omnino erit et species.’

〈QUESTIO 18〉

Consequenter queritur utrum ista diffinitio
speciei ‘Species est que predicatur de pluribus
numero differentibus in eo quod quid sit’ sit bona.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non. 5

Ista diffinitio non convertitur cum diffinito, igitur non valet. Consequentia patet per Aristotelem, sexto *Topicorum*,¹ et antecedens probatur, nam ista diffinitio competit enti, quod est unum transcendens et quod nec est genus nec species.

⟨2.⟩ Item. Competit enti generalissimo quod nullo modo est species, 10
quia genus generalissimum predicatur de pluribus speciei differentibus,
et per consequens numero differentibus.

⟨3.⟩ Item. In ista diffinitione non ponitur genus, sed genus et species sunt relativa, 15
igitur ista diffinitio non est bona. Consequentia patet per hoc quod necesse est in diffinitione unius relativi reliquum poni, ut patet per textum Porfirii in ipso illegatum.² Et antecedens notum est de se.

⟨4.⟩ Item. Individuum predicatur de pluribus numero differentibus in eo quod quid, et individuum non est species, igitur predicta diffinitio non est bona. Consequentia videtur | evidens, et antecedens declaratur: posito quod ‘Sortes’ significet duos homines diversis impositionibus, 20
tunc: ‘iste homo est Sortes, et iste homo est Sortes’ demonstratis illis duobus, igitur etcetera.

Pro istis argumentis *dicunt aliqui* supponendo diffinitionem quod diffinitio debet sic suppleri: ‘species est que predicatur de pluribus numero differentibus, et non specie, in eo quod quid’. Per istam suppletionem 25
nituntur excludere argumenta prius facta.

Sed contra hoc arguitur, quia, quamvis possent excludere quedam argumenta, non tamen omnia, quia non istud argumentum: unde posito

6 Ista] igitur *E* 10 generalissimo] *lac. 3 verb. E* 28 argumentum] generale(?) add. *E*

1 Aristoteles, *Topica* VI, 3, 140b21–23: ‘Si vero aliquid eorum quae sunt in diffinitione non omnibus insit quae sunt sub eadem specie, impossibile est totam diffinitionem propriam esse; non enim conversim praedicabitur.’

2 *Isagoge*, II, 2 (4, 7): ‘(...) necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti’.

quod nullum esset in rerum natura, adhuc iste terminus ‘homo’ predicaretur de pluribus numero differentibus et non specie in eo quod quid, et tamen iste terminus ‘homo’ non esset tunc species, per illum textum³ quo dicitur ‘species ergo alicuius generis species’.

- 5 <AD OPPOSITUM> Ad oppositum videtur textus Porfirii,⁴ qui dicit de ista diffinitione quod ipsa est specie specialissime.

<CONCLUSIO PRIMA> Prima conclusio est ista quod probabiliter potest teneri quod predicta diffinitione, etiam cum suppletione, non est bona, sicut probant argumenta ad hoc facta.

- 10 <CONCLUSIO SECUNDA> Secunda conclusio est ista quod ista diffinitione ‘species est que immediate ponitur sub genere’ est bona diffinitione, quia est brevis oratio convertibilis cum diffinito indicans quid significatur in diffinito, et hoc sufficit ad bonitatem talium diffinitionum.

- 15 <CONCLUSIO TERTIA> Tertia conclusio est ista quod diffinitione speciei specialissime debet sic suppleri: ‘species specialissima est que ponitur immediate sub genere et que de pluribus numero differentibus et non specie univoce predicatur in eo quod quid’.

- 20 Et si queratur quare istam diffinitionem non posuit Porfirius, dico quod Porfirius loquebatur sicut diversi alii auctores solent loqui, scilicet aliqua exprimendo et aliqua subintelligendo tamquam prius dicta, sicut Aristoteles diffiniens ‘nomen’ primo per istas subintelligit alias particulias diffinitiones quas postea plane declarat; et ita Porfirius⁵ in proposito aliquam particulam subintelligit tamquam prius dictam, istam scilicet ‘species est que immediata | ponitur sub genere etcetera’.

17^{va}

<CONCLUSIO QUARTA> Quarta conclusio est ista quod, si cui placeat, probabiliter potest teneri predictam diffinitionem sine ista particula ‘que immediate ponitur sub genere’ esse bonam.

- 25 <AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM> Et ad argumentum in oppositum potest dici negando istam consequentiam ‘species, ergo alicuius generis

8 predicta] predicte E 13 diffinito] diffinition E 27 teneri] tenere E

3 Videas infra, AD OPP.

4 *Isagoge*, II, 4 (4, 13–14): ‘Sed haec quidem assignatio specialissimae est et quae solum species est (...’)

5 *Isagoge*, II, 3 (4, 9–11): ‘Assignant ergo et sic speciem: species est quod ponitur sub genere (...’)

species', sed bene sequitur 'ergo alicuius individui species', nec Porphirius⁶ dicit 'species, ergo alicuius generis species', sed dicit 'species, ergo alicuius species'.

Sed contra hoc arguitur, scilicet quod hoc non sit intentio Porphirii⁷ per istum textum qui sequitur 'necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti', et ideo melior est opinio antedicta, scilicet quod genus et species sint sibi invicem relativa secundum intentionem Porphirii. 5

Verumtamen posset dici quod 'species' accipitur aliquando relative respectu generis, et sic competit sibi ista diffinitio 'species est que ponitur immediate sub genere'; aliquando accipitur relative respectu alicuius individui, et sic competit sibi ista diffinitio 'species est que predicatur de pluribus etcetera', et hoc forte intelligit Porphirius⁸ quando dicit 'sed species quidem individuorum velut ea continens, species autem superiorum velut ea que ab eis continetur', et ita species non secundum eandem rationem dicitur 'species superioris' et 'species inferioris', sed secundum 10 diversas rationes, et per consequens equivoce et secundum hoc competunt sibi diverse diffinitiones. 15

⟨AD RATIONES PRINCIPALES⟩ Ad rationes principales satis patet per predicta.

6 *Isagoge*, II, 2 (4, 6): '(...) species alicuius est species (...)'

7 *Isagoge*, II, 2 (4, 7): '(...) necesse est in utrorumque rationibus utrisque uti.'

8 *Isagoge*, II, 7 (5, 13–16): '(...) sed species quidem individuorum velut ea continens, species autem superiorum, velut quae ab eis continetur.'

〈QUESTIO 19〉

Consequenter queritur utrum omne quod
est ante individua, sit species specialissima.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Quia si sic, sequeretur quod genus generalissimum est species specialissima, quia est ante individua, cum sit per se superius ratione individuorum. Ad hoc breviter *dicitur* quod Porphyrius intelligit quod immediate sit ante individua.

⟨2.⟩ Sed contra hoc arguitur et probatur quod non omne istud quod
10 immediate est ante individua, erit species, quia sic sequeretur quod iste terminus ‘Sortes’ esset species specialissima. Consequens falsum, sicut de se patet, quia nullum individuum est species specialissima, ut patet ex textu Porphirii;¹ sed Sortes est individuum, sicut patet ex eodem textu Porphirii.² Et consequentia declaratur, quia Sortes est immediate
15 ante individua, sicut posito quod decem sint homines quorum quilibet vocatur proprie conceptu *Sortes*, tunc sequitur ‘iste homo est, | ergo Sortes est’ demonstrato aliquo istorum decem et non sequitur e converso, 17^{vb} igitur Sortes est superius ad hoc individuum quod est iste homo.

⟨3.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod hoc disiunctum *Sortes vel Plato*
20 esset species specialissima. Falsitas consequentis patet ex hoc quod sic sequeretur, quod homo non esset species specialissima, cuius oppositum vult Porphyrius.³ Consequentia patet, quia sequeretur immediate ‘Sortes est, ergo Sortes vel Plato est’, et non e converso.

⟨4.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod homo esset species specialissima.
25 Consequentia videtur evidens, quia, ut patet per textum Porphirii,⁴ homo immediate dicitur individua, et per consequens est immediate ante

20 patet] patet *sup. lin. E*

1 *Isagoge*, II, 7 (5, 2–6): ‘(...) homo, cum sit species post quam non sit alia species neque aliquid eorum quae possunt dividi, sed solum individuorum – individuum enim est Socrates et Plato – species erit sola, et ultima species et, ut dictum est, specialissima.’

2 Ibid.

3 Ibid.

4 Ibid.

individua. Falsitas consequentis declaratur, quia, si homo esset species specialissima, tunc prediceretur in quid de suis individuis. Consequentia patet per diffinitionem speciei specialissime, et falsitas consequens declaratur, quia ista predicatio non est in quid: ‘igitur homo est homo’, quia non convenienter respondetur, si queratur ‘quid est iste homo?’ respondendo quod sit homo, quia talis responsio non est apta nata removeri (dubium) querentis quod habet de tali questione, quia quicumque querit ‘quid est iste homo?’ sit verum quod sit homo.

(5.) Item. Si sic, sequeretur quod albus esset species specialissima, quia est immediate ante ista individua *hoc album*. Sed falsitas consequentis declaratur sicut in proxima ratione.

(AD OPPOSITUM) Ad oppositum est Porphyrius in textu iam allegato,⁵ qui dicit: ‘omne quod est ante individuum proximum species erit sola, et non genus’.

(DISTINCTIO) In ista questione premittitur distinctio de anterioritate reali et logicali, et quod ‘anterioritas’ in proposito accipitur brevitatis gratia pro ‘superioritate per se’.

(CONCLUSIO PRIMA) Prima conclusio est ista quod omne quod est proxime et univoce ante individua, est *(species)* specialissima, si illud immediate et per se supponitur generi. Ista conclusio patet per auctoritatem Porphyrii,⁶ ad oppositum questionis allegatam.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod sub specie specialissima nihil continetur nisi individuum, et hoc secundum quod est species specialissima, quia, si aliunde esset genus, utpote secundum aliam significationem, tunc secus esset. Ista conclusio patet satis diffuse

^{18^{ra}}

per textum Porphyrii,⁷ | in quo declarat quod genus generalissimum est istud supra quod non est aliud genus superveniens, et species specialissima est quod sic est species quod nullo modo genus, et sub qua non est aliqua alia species.

⁵ queratur] sicut *add. necnon del. et exp. E* ¹⁵ premittitur distinctio] premissa distinctiones *E* ¹⁹ species] secunda *E* ²⁵ secus] secus *sup. lin. E*

⁵ *Isagoge*, II, 6 (4, 32–5, 1): ‘Et omne quod ante individua proximum est, species erit solum, non etiam genus.’

⁶ *Ibid.*

⁷ *Isagoge*, II, 8 (5, 17–20): ‘Determinant ergo generalissimum ita, (...) supra quod non est aliud superveniens genus, specialissimum vero, (...) quod cum sit species, numquam dividitur in species (...)’

- ⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod aliquid est per se ante individua proxime quod non est species specialissima, nec genus, sed individuum. Ista conclusio patet de propriis nominibus plura proprie et diversim significantibus que sunt autem pronomina demonstrativa,
- 5 quamvis equivoce, ut supposito quod Sortes significet decem homines diversim mediantibus propriis earum conceptibus; sequitur enim tunc ‘iste est’ demonstrato aliquo eorum decem, ‘igitur Sortes est’, et non e converso, ergo Sortes est superior et prior, et ante ista pronomina demonstrativa.
- 10 *Sed contra conclusionem instatur* probando quod Sortes sit commune univocum, nam quod sit commune, patet per argumentum iam factum,⁸ et quod sit univocum, persuadetur sic: posito quod scribitur ista propositiō in pariete ‘Sortes currit’ quam videat Plato et intelligat, tunc ex tali visi resulta(t) aliquod complexum in mente Platonis, quod vocetur *A*;
- 15 tunc capiatur subiectum ipsius *A*, et quero utrum sit conceptus proprius vel (appellativus); si sit conceptus appellativus, habetur propositum, quia tunc tali conceptui correspondet iste terminus vocalis ‘Sortes’, nam, sicut tota vocalis correspondet toti mentali, ita pars parti, utpote subiectum subiecto, predicatum predicato, et omnis terminus correspondens uni
- 20 conceptui appellativo est commune univocum; Sortes est huiusmodi, igitur etcetera. Nec potest dici quod subiectum ipsius *A* sit conceptus proprius, quia non maiori ratione unius individui significati per ‘Sortes’ quam alterius, sed non omnes conceptus proprii individuorum significatorum per ‘Sortes’ sunt subiecta ipsius *A*, igitur nullus conceptus proprius
- 25 significatus per ‘Sortes’ est subiectum ipsius *A*.

Ad istud dicitur breviter sicut prius quod ‘Sortes’ est commune equivo-
cum⁹ et non univocum saltem respectu | talium individuorum quorum 18^{rb}
est nomen proprium mediantibus propriis eorum conceptibus. Et ulte-
rius dicitur quod in mente Platonis resultat unum complexum cuius
30 subiectum non est aliquod subiectum simplex appellativum vel pro-
prium, sed est quoddam compositum ex pluribus conceptibus, utpote
tale compositum: *aliquid quod vocatur ‘Sortes’*.

2 proxime] proximo E 11 factum] et add. necnon del. et exp. E 12 et quod sit univocum] et quod sit univocum sup. lin. E 15 capiatur] Sortes(?) add. necnon del. et exp. E 16 appellativus] applicativus E | habetur] haberetur E 17 tunc] tunc sup. lin. E 25 significatus] significati E 28 proprium] ?? 5 litt. del. E 32 vocatur] vocatur sup. lin. E | Sortes] De isto adhuc plenius proprium. add. E

8 Videas supra, Q. 12, CONCL. 7.

9 Videas supra, Q. 12, CONCL. 3.

⟨AD 1.⟩ Ad primum principale sicut superius dicebatur.

⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur negando consequentiam ‘Sortes est ante individua immediate, igitur est species specialissima’, sed oportet addere ‘per se et univoce’, et sic intelligit Porphirius.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur negando consequentiam, et ulterius dicitur, 5 sicut iam dictum est, quod hoc disiunctum *Sortes vel Plato* non est ante individua univoce, sed equivoce.

⟨AD 4.⟩ Ad quartum conceditur quod sic species specialissima sit quod 10 predicator de individuis in quid propriissime; verumtamen dicendum est quod individuum est duplex, scilicet purum et impurum. ‘Purum et sim-plex’ dicitur nomen proprium vel pronomen demonstrativum; ‘impurum’ est compositum ex pronomine demonstrativo et nomine appellativo ut ipso subiecto. De primo intelligit Porphirius. Unde, quamvis per ‘hominem’ non convenienter respondetur ad istam questionem ‘quid est iste homo?’, tamen convenientissime respondetur ad istam questionem 15 ‘quid est iste?’ demonstrato aliquo individuo homine; et de istis individuis puris exemplificat Porphirius,¹⁰ quando dicit: ‘individua sunt ut Socrates, ut hic, et hic, et hoc’. De individuis ⟨impuris⟩ exemplificat, quando dicit: ‘individuum enim dicitur ut “hoc album” et “hoc veniens” et “Sophronisci filius”, si solus sit ei Socrates filius’.¹¹ Unde inter individua 20

^{18va} non pura adhuc sunt diversi gradus | sicut ex hoc dicto potest elici.

⟨AD 5.⟩ Ad quintum dicitur concedendo quod album sit species specialissima, et quod predicator in quid de suis individuis puris.

Et si dicatur contra: hoc non convenienter ⟨respondeatur⟩ per ‘album’, si queratur, ‘quid est hoc?’ demonstrato albo, sed si queratur, ‘quale est hoc?’, *ad istud dicitur* quod intellectibus deficiunt nobis nomina propria individuorum, et ideo oportet nos uti pronominibus demonstrativis loco illorum convenientissime significantibus, sicut talia propria nomina, si essent, connotative significant, et ideo, quia talia pronomina demonstrativa taliter possunt accipi equivoce, utpote absolute et connotative, 25 respondens debet interrogare interrogantem, utrum accipit hoc pronomen demonstrativum ‘hoc’ absolute vel connotative, quia, si accipiatur 30

⁹ dicendum] dicendum *sup. lin.* E; dictum *add. necnon del.* *Et exp. E* 13 *ut]* et *E*
¹⁸ impuris] nonpo *add. necnon del.* E; purus *E* 19 *hoc veniens]* *hoc veniens mg.* E
²⁰ Sophronisci] et sufficit *add. necnon del.* E 21 *adhuc]* *adhunc E* 22 *quod]* *hoc add. necnon del.* *Et exp. E* 25 *est]* *sit E* 27 *nos]* *nos sup. lin.* E 31 *respondens]* *respondens sup. lin.* E

¹⁰ *Isagoge*, I, 6 (2, 18–19): ‘(...) sicut individua sicut Socrates et hic et hoc (...)’

¹¹ *Isagoge*, II, 15 (7, 19–21): ‘Individuum autem dicitur Socrates et hoc album et hic veniens, ut Sophronisci filius, si solus ei sit Socrates filius.’

absolute, tunc est individuum substantie et non qualitatis, et secundum hoc aliter respondendum est. Si vero accipiatur secundum quod est individuum qualitatis, tunc convenienter respondetur si queratur ‘quid est hoc?’, dicendo ‘hoc est album’ vel ‘hoc est calidum’.

- 5 〈AD ARGUMENTUM AD OPPOSITUM〉 Ad argumentum in oppositum patet iam dicta.

⟨QUESTIO 20⟩

Consequenter queritur utrum
individuum sit nomen appellativum.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic.

Istud nomen ‘Sortes’ est individuum, istud est nomen appellativum, 5 igitur nomen appellativum est individuum. Maior nota, quia est nomen proprium. Patet etiam ex textu.¹ Minor probatur, quia convenit pluribus per appellationem posito, sicut ad presens supponitur, quod istud nomen ‘Sortes’ significet plura mediantibus diversis eorum conceptibus.

⟨2.⟩ Item. Omne istud quod convertitur cum nomine appellativo, 10 est appellativum; Sortes est huiusmodi; igitur etcetera. Maior appareat evidens. Et minor declaratur, quia convertitur cum isto ‘aliquo istorum’ demonstratis illis quorum quilibet vocatur ‘Sortes’, nam quidquid est aliquid istorum, est Sortes, et e converso.

⟨3.⟩ Item. Omne istud quod correspondet tamquam signum subordinatum conceptui, | est appellativum; Sortes est huiusmodi; igitur etcetera. Maior elicetur satis ab Aristotele, primo *Perihermeneias*,² ubi dicit quod voces sunt note earum passionum que sunt in anima. Ex quo elicetur quod accidentia grammaticalia nominum vocalium capiunt originem ab accidentibus grammaticalibus nominum mentalium. Unde vox 20 omnis dicitur nomen, etcetera, quia correspondet conceptui nominali, et pari ratione non dicetur appellativus nisi quia correspondet conceptui appellativo. Et minor declaratur: posito quod ista propositio ‘Sortes scribit’ scribitur in pariete quam videat Plato, tunc capiatur complexum quod resultat in mente Platonis; et queritur de subiecto illius complexi, 25 et probetur quod sit appellativum sicut in precedente questione arguebatur.³

5 nomen] est add. E 24 scribit] scribit iter. E

1 *Isagoge*, I, 6 (2, 18–19): ‘(...) individua sicut Socrates et hic et hoc (...); *Isagoge*, II, 7 (5, 5): (...) individuum enim est Socrates (...); *Isagoge*, II, 15 (7, 19–20): ‘Individuum autem dicitur Socrates (...)

2 Aristoteles, *De interpretatione*, I, 16a3–4: ‘Ea quae sunt in voce sunt earum quae sunt in anima passionum notae.’

3 Videas supra, Q. 19, CONCL. 3.

⟨4.⟩ Item. ‘Sortes’ simpliciter convertitur cum isto termino communi sive appellativo ‘res que vocatur Sortes’, quia quidquid est Sortes, est res que vocatur Sorte, et e converso: quidquid est res que vocatur Sortes, est Sortes.

5 ⟨AD OPPOSITUM 1.⟩ Ad oppositum arguitur, quia sic sequeretur quod individuum esset universale, non tantum individuum existentie quia hoc nullum esset inconveniens, sed potius necessarium, sed etiam individuum predicationis.

⟨AD OPPOSITUM 2.⟩ Sequeretur etiam quod prima substantia esset secunda, quia proprium nomen esset, vel species.

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ In ista questione presupponitur primo quod ‘individuum’ semper accipitur pro individuo individualitate predicationis et non existentie.

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secundo presuppono quod omnis terminus appellativus sit universale.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Quibus presuppositis prima conclusio est ista quod nullum individuum est nomen appellativum. Ista conclusio statim sequitur ex iam dictis suppositionibus, quia: nullum individuum est universale; omnis terminus appellativus est universale, igitur nullum terminus appellativus est individuum, et ultimum, igitur nullum individuum est appellativum.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod nullum individuum correspondet conceptui appellativo absolute, primo et principaliiter. Ista | conclusio patet, quia si sic, sequeretur quod tale individuum 19^{ra} esset appellativum per argumentum superius positum.

⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod aliquod individuum quod est nomen proprium, correspondet conceptui appellativo connotative sive accidentaliter, secondario et ex consequenti. Ista conclusio declaratur, quia visa ista propositione scripta a Platone scilicet ‘Sortes currit’, tunc clarum est quod ex tali visione resultat in mente Platonis aliqua proposicio que vocatur *B*. Tunc non potest dici quod subiectum istius *B* sit conceptus proprius, quia non maiori ratione esset conceptus proprius unius significati per ‘Sortes’ quam alterius et tale subiectum non est omnis conceptus proprius significati per istum terminum

24 sic] nea add. E

'Sortes'; igitur nullus conceptus proprius significati per 'Sortes' est subiectum ipsius *B*. Nec potest dici quod omnis conceptus communis absolutus sit subiectum ipsius *B*, quia non conceptus hominis vel animalis, et sic de aliis conceptibus absolutis communibus in coordinatione predicamentali substantie. Relinquitur igitur quod aliquis conceptus connotativus sit subiectum ipsius *B*, utpote talis conceptus *aliquis conceptibilis res que vocatur Sortes*; sed iste conceptus correspondet isto termino 'Sortes', quia, sicut tota propositio vocalis correspondet toti mentali, sic pars principialis parti principali, utpote subiectum subiecto, et predicatum predicato. Et iste terminus vocalis 'Sortes' non est correspondens tali conceptui connotativo primo et principaliter, igitur ex consequenti et secundario.⁵

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista quod iste terminus 'res que vocatur Sortes' est terminus accidentalis, non substantialis. Ista patet ex predictis, quia nullus terminus connotativus est in predicamento substantie, sed iste terminus 'res que vocatur Sortes' est terminus connotativus alicuius extrinseci, igitur non est in predicamento substantie et per consequens non est terminus substantialis.¹⁰

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Ex ista conclusione sequitur correlarie hoc,
19^{rb} quod iste terminus 'res que vocatur | Sortes' est in predicamento qualitatis. Quia: non est in predicamento substantie, sicut iam dictum est,⁴ nec est in aliquo alio predicamento accidental i a predicamento qualitatis, quia ad nullum interrogativum alicuius alterius predicamenti, convenienter respondetur per istum terminum de individuo, sicut patet. Relinquitur ergo quod sit in predicamento qualitatis, ex quo ulterius sequitur correlarie quod si queratur 'qualis est ista res?' demonstrato Sorte, convenienter respondetur quod 'hec res est res que vocatur Sortes'.²⁵

〈CONCLUSIO SEXTA〉 Sexta conclusio est ista quod aliquod individuum sive nomen proprium convertitur cum termino appellativo, sicut patet de isto individuo Sortes et de isto termino 'aliquis istorum' demonstratis illis quorum quilibet vocatur 'Sortes'.³⁰

〈AD 1.〉 Ad primum principale igitur dicitur negando minorem, et ad probationem negatur consequentia, scilicet: 'convenit pluribus per appellationem, igitur est appellativum'. Sed oportet addere quod convenit pluribus univoce.

⁶ conceptus] B add. *necnon del. E* ¹⁷ per] conen add. *necnon del. E* ²⁰ predicamento] corr. *ex* predicamentis *E*

⁴ Videas supra, CONCL. 4.

⟨AD 2.) Ad secundum dicitur quod patet per ultimam conclusionem, scilicet quod maior est falsa; sed omne quod convertitur univoce cum termino appellativo est appellativum. Unde, quamvis ‘Sortes’ convertitur cum nomine appellativo, non tamen univoce, sed equivoce.

- 5 ⟨AD 3.) Ad tertium negatur maior, sed oportet addere quod omne istud quod correspondens est conceptui appellativo primo et principali-
ter, est appellativum; sed sic non facit ‘Sortes’, quia, si correspondet con-
ceptui appellativo, hoc est secundarie, et ex consequenti, ex ⟨h⟩abilitate
accipientis. Qui capit ex tali propositione ‘Sortes currit’ – posito casu
- 10 presenti – propinquum sensum quem potest habere. Et ideo, quia visa
tali propositione ‘Sortes currit’ non potest videns propinquum sensum
habere quem tales ‘aliquid quod vocatur Sortes, currit’, ideo ex conse-
quenti et per accidens valde iste terminus ‘Sortes’ correspondet concep-
tui appellativo.
- 15 ⟨AD 4.) Ad quartam patet per predicta, quia quamvis convertatur, istud
non est univoce, sed equivoce, et ideo non oportet quod sit appellativum.

⟨AD ARGUMENTA AD OPPOSITUM) Ad argumenta in oppositum: qualiter
concludunt, patet per predicta.

6 quod] est *add. necnon del. E* 9 accipientis] excipientis *E* 10 sensum] quee *add.*
necnon del. E 17 oppositum] qualiter *add. necnon del. E*

〈QUESTIO 21〉

19^{va}

Consequenter queritur | utrum unum sit
genus omnium; hoc est querere, utrum talia
transcendentia aliquid, res, ens, sint genera.

5

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic.

Ens est universale, et non est species vel differentia etcetera, ergo e(s)t genus. Conclusio videtur evidens, quia omne universale est genus vel species vel differentia (etcetera), sicut satis vult Porphyrius in textu.¹ Et prima particula probatur, scilicet quod ens sit universale, quia ens predicator de pluribus univoce, igitur ens est universale. Consequentia patet per Aristotelem, primo *Perihermeneias*,² ubi sic definit universale. Et antecedens patet, quia ‘ens’ predicator univoce de Sorte et de Platone et de asino et de equo et sic de aliis individuis substantie. Et secunda particula antecedentis, scilicet quod ens non (sit) species, patet de se.

10

⟨2.⟩ Item. Omne istud quod predicator de pluribus specie differentibus in eo quod quid, est genus; ens est huiusmodi; igitur etcetera. Maior patet per diffinitionem generis. Et minor declaratur, nam quod ‘ens’ predicator de pluribus specie differentibus, de se notum est; et quod predicator in quid, declaratur posito quod Sortes dubitet de Platone, utrum sit in rerum natura vel non, tunc, si Sortes querat, quid sit Plato, et aliquis cui queret respondeat quod Plato sit ens, tunc dubium querentis (removetur) per talem responcionem, igitur responsio fuit conveniens, igitur ‘ens’ predicator in quid.

15

⟨3.⟩ Item. Si queratur ‘quid est substantia?’ convenienter respondetur quod sit ens per se subsistens, igitur ens predicator in quid. Consequentia nota, quia omne istud predicator in quid per quod convenienter respondetur ad questionem factam per ‘quid?’, sicut patet per textum. Et antecedens patet, quia convenienter respondetur ad questionem factam per

20

² unum] unum *E^c* 8 Porphyrius in textu] Porphyrius in textu *E mg.* 13 equo]
Platone *E* 14 species] *seq. lac. 3 litt. E* 28–265.1 per quid] per quid *sup. lin. E*

1 *Isagoge*, proem. (1, 1–4): ‘Cum sit necessarium (...) nosse quid genus sit et quid differentia quidque species et quid proprium et quid accidens’ et passim.

2 Vel potius Aristoteles, *De interpretatione*, VII, 17a39–40: ‘Universale est quod aptum natum est praedicari de pluribus (...)

quid de aliquo per eius diffinitionem, sicut patet inducendo per singula, ut si queratur, quid sit homo, convenienter respondetur quod sit animal rationale mortale, et si queratur quid sit animal, convenienter responderetur quod sit substantia animata sensibilis; igitur, pari ratione, si queratur 5 quid est substantia, convenienter respondetur quod sit res per se existens, quia ista est diffinitio substantie.

10 <4.> Item. | Ista est conveniens interrogatio, igitur sibi correspondet 19^{vb} conveniens responsio et non alia quam illa, igitur ista est conveniens reponsio. Assumptum probatur, quia, si per aliquam repositionem que- rentis posset responderi, detur ista.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum videtur quod sit Porphyrius in textu, qui dicit quod non est unum ⟨genus⟩ omnium sicut est unus pater omnium, et specialiter facit mentionem de ente, negando ipsum esse genus.³

In ista questione breviter recitande sunt aliique opiniones, secundo po- 15 nende sunt aliique conclusiones, et tertio solvende sunt principales ratio- nes.

⟨OPINIO PRIMA⟩ Est igitur una *opinio* que fuit *Porphirii et aliquorum antiquorum*, scilicet quod ens non est genus, quia predicitur equivoce de aliquibus suis contentis, sicut de substantia et accidente. Et ad hoc 20 confirmandum Porphyrius⁴ allegat textum Aristotelis, qui dicit: ‘si quis omnia entia enuntiet, equivoce nuncupabit’.

Sed quamvis ista opinio posset esse vera quantum ad conclusionem principalem, scilicet quod ens non sit genus, non tamen est vera quantum ad rationem dictam, scilicet quod ens non predicitur univoce de 25 subiecto et accidente. Quod probatur sic: omne istud predicitur univoce de aliquibus de quibus aliquid predicitur secundum nomen et secundum eandem rationem; sed sic predicitur ens de substantia et acci- dente; igitur predicitur de illis univoce. Maior patet per Aristotelem in

8 responsio] corresponcio E 12 omnium] annum E | omnium] annum E 17 fuit] fuiat E

3 *Isagoge*, II, 10 (6, 5): ‘Neque est commune unum genus omnium ens (...)

4 *Isagoge*, II, 10 (6, 9): ‘(...) si omnia quis entia vocet, aequivoce (...) nuncupabit, non univoce.’ Porphyrius videtur referre ad Aristotelem, *Metaphysica* VII, 2, 1003a33–34. Cf. Aristoteles *Metaphysica* IV, 2, 1003a33–34: ‘Ens autem multis quidem dicitur modis, sed ad unum et ad unam aliquam naturam et non equivoce’ – rec. et tr. Guillelmi de Moerbeka.

principio *Predicamentorum*.⁵ Et minor patet, quia predicatorum de eis secundum hoc nomen ‘ens’ et secundum istam rationem quo exsistit in rerum natura, sive sit per se sive in alio.

(OPINIO SECUNDA) Item. *Aliqui* arguunt sic: quandocumque aliquae tres propositiones sic se habent quod in dubio sunt due, et tertia certa sive *(s)cita*, et quod habent idem subiectum, tunc aliud est predicatum propositionis scite a predicato propositionis dubie; sed sic se habent iste tres propositiones: ‘ista quantitas est substantia’, | ‘ista quantitas est accidentis’, ‘ista quantitas est ens’, nam prima et secunda alicui sunt dubie, et tertia est eidem scita; igitur aliud est predicatum in mente propositionis scite a predicato alicuius aliarum propositionum. Et per consequens unus est conceptus entis distinctus a conceptu substantie et conceptu accidentis.

Sed ad istud nituntur *aliqui* dicere conceptum entis non esse simplicem sed compositum, disiunctum ex conceptus substantie et accidentis, ita quod isti predicato *(enti in hac propositione)* ‘hec quantitas est ens’ correspondet hoc disiunctum *substantia vel accidentis*.

Sed istud videtur multiplicare dictum, quia intantum experitur conceptum entis esse simplicem sicut conceptum substantie vel conceptum accidentis.

(OPINIO TERTIA) Item. *Si dicatur* quod ens sit equivocum analogice sicut *multi* dicunt, quia per prius predicatorum de substantia et per posterius de accidente,

tunc quero quid intelligunt per ‘prius’. Et non possunt intelligere aliquam prioritatem nisi prioritatem perfectionis, utpote quod substantia sit perfectius ens quam accidentis. Sed talis equivocatio non impedit aliquid esse genus, quia hoc genus *animal* tali prioritate per prius competit homini quam asino, eo quod homo sit per prius *animal* quam asinus. Et consimiliter hoc genus *substantia*, eo quod Deus sit perfectior substantia in infinitum quam aliqua alia substantia. Et hoc est etiam quod

¹⁰ est] sit *E* ¹⁴ istud] aliud *E*

⁵ Aristoteles, *Predicamenta* 1, 1a9–10: ‘Univoca vero dicuntur quorum et nomen commune est et secundum nomen eadem substantiae ratio, ut animal homo atque bos.’ – tr. Boethii.

Aristoteles dicit septimo *Physicorum*,⁶ quod in genere latent multe equivocationes.

- Teneo igitur ad presens quod ens in sua maxima communitate acceptum sit univocum univocatione nominis et rationis et univocatione conceptus; non tamen nego quin ens posset aliter accipi, secundum quam conceptionem esset equivocum sicut forte *antiqui* dixerunt.

- (OPINIO QUARTA)* *Alia est opinio* tenens quod ens sit universale transcendens, et hoc propter argumentum prius factum de predicatione univoca ipsius entis; | sed tamen ex hoc, ut dicunt, non sequitur quod sit genus vel species vel differentia, quia ista divisio non est universalis transcendentis, sed universalis non-transcendentis. Et causa quare ens non sit genus quamvis sit universale, est quia non predicatur in quid.^{20rb}

- Sed quamvis ista rationabilior sit precedenti, videtur tamen dicere preter intentionem Porfirii et Aristotelis, qui videntur secundum eos in hoc diminuti. Nunquam faciunt mentionem de universalis transcendentia, cum tamen materia de universalibus esse(t) ab eis diffusius pertractata, et precipue a Porfirio.

- Item, equaliter possunt salvare quod ens non sit universale, quia, sicut dicunt quod ens non es(t) genus, quia non predicatur in quid, ita possunt dicere quod ens non sit universale, quia non predicatur de pluribus in aliqua interrogativa.

(CONCLUSIO PRIMA) Prima conclusio est quod ens non est universale, quia non est genus nec species etcetera, et alia numquam ponebantur universalia ab aliquo.

- Circa istam conclusionem tamen nota quod ponitur tamquam probabilis et non tamquam necessaria, precise cum argumentum ab auctoritate negative non tenet. Quamvis inducat evidentiam, non tamen necessario concludit.

- (CONCLUSIO SECUNDA)* Secunda conclusio est ista quod aliquid predicatur de pluribus univoce quod non est universale. Ista sequitur ex precedenti, quia 'ens' predicatur de pluribus univoce, non tamen est

1–2 equivocationes] teo add. necnon del. E 15 universalij] universale E

6 Aristoteles, *Physica* VII, 4, 249a22–24: 'Et significant ratio hec quod genus non unum aliquod, sed iuxta hec latent multa, suntque equivocationum alie quidem multum distantes, alie quidem habentes quandam similitudinem, alie autem proxime aut genere aut similitudine, unde non videntur equivocationes esse cum sint.' – tr. vetus. *Auctoritates* 155 (193): 'Aequivocationis latent in generibus.' (Aristoteles, *Physica*, H4, 249a22–24).

universale. Item, omne universale predicatur in aliquo interrogativo; sed aliquid quod predicatur de *<pluribus>* univoce, non predicatur in aliquo interrogativo; igitur aliquid quod predicatur de pluribus univoce, non est universale. Maior elicitur ex textu Porphirii⁷ quo dicitur omnem predicationem universalem esse in quid vel in quale; cum communia (?) aliter se habeant, per hoc innuens predicationes aliorum interrogativorum, utpote 5 istorum ‘quotiens’, ‘ubi’, ‘quando’, etcetera.

<CONCLUSIO TERTIA> Tertia conclusio est ista quod ‘ens’ est pars aliquius predicati quod predicatur in quid, quia istius predicati ‘ens per se subsistens’.

10

<CONCLUSIO QUARTA> Quarta conclusio est quod ens est pars generis, quia pars istius predicati quod est ‘ens per se subsistens’. Et quod hoc sit genus patet, quia predicatur de pluribus specie differentibus in eo | quod quid, sicut iste terminus ‘substantia’.

10

<AD 1.> Ad primum principale in oppositum dicitur quod antecedens est falsum. Ad probationem: negatur consequentia, scilicet ‘ens’ predicatur de pluribus univoce, 15 igitur ‘ens’ est universale; sed oportet addere quod ‘predicatur de pluribus in aliqua interrogativa’; vel posset dici quod ‘predicari univoce’ stricte accipiendo ly ‘univoce’ includit ‘predicari in aliqua interrogativa’, et secundum hoc posset negari quod ens predicatur univoce.

20

<AD 2.> Ad secundum negatur quod ‘ens’ predicatur in quid. Ad probationem: ‘quod dubium alicuius removetur per aliquam responsonem’ potest intelligi dupliciter, scilicet primo et per se, vel secundario et ex consequenti. Modo, ita est quod in casu argumenti removetur dubium querentis per talem responsonem non primo et per se, sed ex consequenti et secundario, quoniam quesito ‘quid est?’, secundum Aristotelem, secundo *Posteriorum*,⁸ presupponit questionem ‘si est?’. Et 25 ideo talis

25

28 presupponit] si est *add. necnon del. E*

7 Exempli causa *Isagoge*, I, 10 (3, 5–8): ‘A differentia vero et ab his quae communiter sunt accidentibus differt genus quoniam, etsi de pluribus et differentibus specie praedicantur differentiae et communiter accidentia, sed non in eo quod quid sit praedicantur, sed in eo quod quale quid sit.’ *Isagoge*, XIV, 4 (17, 10–12): ‘Et genera quidem in eo quod quid sit praedicantur de his quae sub ipsis sunt, accidentia vero in eo quod quale aliquid sit vel quomodo se habeat unumquodque.’

8 Aristoteles, *Analytica posteriora* II, 8, 93a20, b16–17: ‘impossibile enim est scire quid est, ignorantes si est’ – tr. Iacobi; *Auctoritates* 319 (102): ‘Impossibile est quod quid est scire et ignorare, si est ipsius quod quid est, non est demonstratio’ (Aristoteles, *Analytica posteriora*, b8, 93a20, b16–17).

responsio non removet dubium Sortis ratione sui ipsius, sed ratione illius quod supponit. Et ideo propter hoc non oportet quod predicetur in quid ad intentionem Porphirii.

- 5 ^(AD 3.) Ad tertium dicitur quod concessso quod hoc predicatum *ens per se subsistens* predicatur in quid, non tamen sequitur quod ens tantum *predicatur* in quid, quia est pars predicati, et non totum predicatum. Et ulterius dicitur quod, quamvis conclusio superius posita sit quod hoc predicatum predicatur in quid,⁹ posset tamen probabiliter dici quod non predicatur in quid proprie, sed large; sed potius predicatur in quid et in
 10 quale, sicut alie diffinitiones in argumeto recitato. Nihilominus eque probabiliter potest teneri quod predicatur in quid large accipiendo ‘predicare in quid’, sicut iam dictum est. Et ulterius dicitur quod substantia proprie non habet diffinitionem quid rei, eo quod non habet genus supra se quo poterit habere diffinitionem quid nominis.

- 15 ^(AD 4.) Ad quartum patet per iam dicta.

⁵ *subsistens] existens E*

⁹ Videas supra, CONCL. 3.

〈QUESTIO 22〉

Consequenter queritur utrum tantum sint
decem genera et non plura, neque pauciora.

20^{vb} 〈1.〉 Et arguitur | primo quod sint *plura*.

Quia sunt decem genera generalissima mentalia et decem vocalia et 5
decem scripta.

〈2.〉 Item. Secundo. Sunt plura quam decem scripta, sicut de se notum
est. Quod hoc genus *substantia* pluries quam decens scribitur, de se patet.
Et consimiliter alia genera generalissima scripta.

〈3.〉 Item. Hoc idem declaratur de generibus generalissimis vocalibus 10
et de generibus generalissimis mentalibus, quia plures quam decies pro-
ferunt(ur), et concipiuntur.

〈4.〉 Item. Universale est genus generalissimum, et tamen non est genus
generalissimum quantitatis vel qualitatis et sic de singulis; igitur plura
sunt genera generalissima quam decem. Consequentia nota de se. Et 15
antecedens patet, quantum ad primam particulam, quia iste terminus
'universale' predicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid,
quia, si queratur 'quid est genus quantitatis?', respondeatur quod sit uni-
versale.

〈5.〉 Item. *Quale* est genus generalissimum, et non aliquod genus gene- 20
ralissimum ab Aristotele in *Predicamentis*¹ enumeratum; igitur plura
sunt genera generalissima quam decem. Consequentia nota. Et antec-
dens patet, quia cuiuslibet conceptui mentali correspondet unum genus
generalissimum, quia aliter esset in coordinatione predicamentali pro-
cessus in infinitum, quod reprobat Aristoteles primo *Posteriorum*,² igitur 25

8 decens] deciens *E* | scribitur] sciretur *E* 23 quia] quilibet *add. necnon del. E*

1 Aristoteles, *Predicamenta*, 4, 1b25–28: 'Eorum quae secundum nullam complexio-
nem dicuntur singulum aut substantiam significat aut quantitatem aut qualitatem
aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm aut habitum aut facere aut pati.' – tr.
Boethii.

2 Aristoteles, *Analytica posteriora* 1, 22, 84a8–10: 'neque in sursum neque in deorsum
infinita predicantia contingit esse in demonstrativis scientiis' – tr. Iacobi. *Auctorita-
tes* 317 (74): 'Non contingit ire in infinitum in praedicamentis, nec ascendendo, nec
descendendo, sed utrobique est status.' (Aristoteles, *Analytica posteriora*, A22, 83b7,

in ista coordinatione *hoc album, album, coloratum, quale* correspondet aliquod genus generalissimum, et non aliud quam hoc genus generalissimum *quale*, igitur ectetera. Et quod non aliquod aliud genus, patet, quia non hoc genus *qualitas*, quia hec est falsa: ‘*album est qualitas*’, precipue 5 accipiendo ‘*qualitatem*’ concretive.

6.) Item, quod sint *pauciora* genera generalissima, probatur: omne quod est, aut continetur in predicamento substantie vel in predicamento qualitatis; igitur superfluunt alia genera generalissima a genere generalissimo *substantie*, et a genere generalissimo *qualitatis*. Consequentia videtur evidens, qui talis diversitas oritur ex diversitate rerum. Et antecedens 10 patet secundum *modernos*, qui ponunt omnem rem esse substantiam vel qualitatem.

7.) Item. Coordinationes accidentales habent unum signum eis correspondens, scilicet hoc genus *accidens*; igitur non sunt decem generalissima. Consequentia videtur evidens. Et antecedens patet, quia omne 15 istud quod est, est substantia vel accidens, et accidens predicitur in quid et univoce de | omnibus residuis generibus a substantia. Quia, si queratur ‘*quid est qualitas?*’, convenienter respondet quod sit accidens, et consimiliter ‘*quid est quantitas?*’, et sic de aliis novem generibus accidentium. 21^{ra}

8.) Item. Accidens est universale, quia predicitur de pluribus in aliquo interrogativo, et non est aliud universale quam genus generalissimum, quia non potest dici quod sit species, nam sic esset inferius ad aliud genus, quod videtur falsum. Et probatur falsitas per Aristotelem primo *Posteriorum*,³ qui vult quod talis (est) immediata ‘*nulla substantia est accidens*’, quod non esset verum si accidens haberet aliquod superius quod posset esse medium probandi predictam negativam, ut si sic argueretur: ‘*nulla qualitas est substantia, omne accidens est qualitas*,

¹⁷ univoce de] omnibus residuis E. mg. [scripta intra angulum quadratum, cf. prima verba f. 21 ra – probatio pennae?]. Sequitur textus scriptus sub columnis, eadem manu, sed inverso modo quod a a o omnis homo †india sem-ro senie-a-† univoce dicens sic: quidquid est homo univoce singularius [singularibus?] simpliciter dicitur, ponendo quod omnis homo currit dicens E. 23 genus] quod(?) add. E 26 predictam] predictam E

84a8–10).

³ Aristoteles, *Analytica posteriora* 1, 4, 73b5–7: ‘Amplius quod non de subiecto dicitur alio quodam, ut ambulans, cum alterum quoddam sit ambulans at album, substantia autem, et quecumque hoc aliquid significant, non alterum aliquid sunt quod vere sunt’ – tr. Iacobi. *Auctoritates* 314 (40): ‘Item per se sunt quae non dicuntur de quodam alio subiecto, ut substantia.’ (Aristoteles, *Analytica posteriora*, 1, 4, 73b5–6, 7); cf. *Auctoritates* 312 (20): ‘Principium demonstrationis est propositio immediata.’ (Aristoteles, *Analytica posteriora* 1, 2, 72a7).

igitur nullum accidens est substantia; igitur nulla substantia est accipienda'. Tunc clarum est quod ista non est immediata: 'nullum accidens est substantia', nec etiam ista: 'nulla substantia est accidens'.

(9.) Item. Coordinationi actionis et coordinationi passionis correspondet unum genus generalissimum, igitur non sunt decem genera. Consequentia videtur evidens, et antecedens declaratur, quia iste terminus 'motus' correspondet illis duabus conceptibus, et est per se superius ad actionem et passionem, quia omnis actio est motus et non e converso, similiter omnis passio est motus, et non e converso, et predicatur de eis in quid, quia, si queratur 'quid est actio?', convenienter respondet quod sit motus; consimiliter, de passione. Igitur, ut videtur, motus est genus generalissimum ad actionem et ad passionem. 10

(10.) Item. Predicamento *ubi* non correspondet aliquod genus generalissimum, nec predicamento *quando*, nec predicamento *situs*, nec predicamento *habitus*, sive ipsius *habere*, etcetera; igitur non sunt decem genera generalissima. Consequentia est de se nota. Et antecedens videatur evidens, quia, si istis correspondere(n)t aliqua genera generalissima, dentur illa. 15

(AD OPPOSITUM 1.) Ad oppositum videtur esse Porfirius in textu, quo dicit quod sunt prima decem genera sicut prima decem principia,⁴ et alibi: 'decem quidem generalissima sunt, specialissima vero in numero quodam sunt, non tamen infinito'.⁵ Ex quo textu videtur intentio Porfirii esse quod sunt tantum *(decem)* genera generalissima et non plura, neque pauciora. 20

(AD OPPOSITUM 2.) Item. Aristoteles | in *Antepredicamentis*⁶ enum- 25
tatiat decem et non plura, et postea prosequitur determinando de istis decem, de aliis nullam mentionem faciendo, nec etiam pauciora precise ponendo, igitur videtur quod sint tantum decem et non plura, neque pauciora.

² est] esse *E* ²⁰ genera] generalissima *add. necnon del. et exp. E* ²² intentio]
intentionem *E* ²⁸ non] non *E^c*

⁴ *Isagoge*, II, 10 (6, 5–8): 'sed sint posita (...) prima decem genera quasi prima decem principia (...)'

⁵ *Isagoge*, II, 11 (6, 11–12): 'Decem quidem generalissima sunt, specialissima vero in numero quidem quodam sunt, non tamen infinito (...)'

⁶ Aristoteles, *Predicamenta* 4, 1b25–28: 'Eorum quae secundum nullam complexiōnem dicuntur singulum aut substantiam significat aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm aut habitum aut facere aut pati.' – tr. Boethii.

- ⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio quod duplex est ‘predicamentum’: quoddam est predicamentum prime intentionis, et quoddam secunde intentionis. ‘⟨Predicamentum⟩ prime intentionis’ vocatur istud quod componitur ex coordinationibus primarum intentionum, cuiusmodi sunt ista decem de quibus pertractat Aristoteles in *Predicamentis*. ‘Predicamentum secunde intentionis’ vocatur coordinatio secundum *sub* et *supra* composita ex terminis secunde intentionis, cuiusmodi e(s)t talis coordinatio: ‘hoc genus’, ‘genus universale’, et sic de consimilibus coordinationibus.
- 10 ⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod aliqua possunt dici ‘eadem’ vel ‘plura’ multiplicitate, scilicet numero vel specie vel genere, vel secundum equivalentiam. Unde aliqua sunt eadem secundum equivalentiam que differunt genere, sicut signum vocale et signum scriptum.
- 15 ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod ista exclusiva ‘tantum sunt decem predicamenta’ in omni suo sensu est falsa, quia, si ly ‘tantum’ excludat alietatem, tunc sunt iste exponentes: ‘decem sunt predicamenta et non alia quam decem sunt predicamenta’. Quarum exponentium ultima est falsa, sicut de se notum est, quia duo sunt predicamenta
- 20 que sunt alia a decem. Si vero ly ‘tantum’ excludat pluralitatem, sic adhuc est falsa, quia iste sunt exponentes ‘decem sunt predicamenta et ⟨non⟩ plures quam decem sunt predicamenta’, quarum exponentium ultima est falsa qualitercumque accipiatur ibi ‘pluralitas’, quia plura sunt predicamenta quam decem, et hoc secundum equivalentiam, quia adminus sunt
- 25 decem predicamenta prime intentionis que recitat Aristoteles, et unum secunde intentionis, cuius genus generalissimum est iste terminus ‘universale’. Patet igitur conclusio.
- ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod plura sunt predicamenta prime intentionis quam decem. Ista patet per predicamentum *qualis*, quod est aliud predicamentum quam predicamentum *qualitatis*, quia habet alia(s) coordinationes secundum *sub* et *supra*, et aliud genus generalissimum, et per consequens ⟨est⟩ aliud predicamentum.
- 30 ⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod aliquod genus est superius per se ad aliquod genus generalissimum. Ista patet quia hoc

13 differunt] f add. necnon del. E 15 Prima] particula add. necnon del. E 19 predicamenta] quia add. necnon del. E

genus *universale* est per se superius ad genus generalissimum, quia omne
21^{va} genus | est universale et non e converso.

Et si *instatur* quod sic sequeretur genus generalissimum non esse
genus generalissimum, quia genus generalissimum non habet genus
supra se, *ad istud dicitur* breviter distinguendo istam: ‘genus generalis- 5
simum non est genus generalissimum’, eo quod subiectum poterit accipi
materialiter vel personaliter. Si *materialiter*, vera est, si *predicatum acci-*
pitur personaliter, quia iste terminus ‘genus generalissimum’ non est
genus generalissimum si *predicatum istius accipitur personaliter*, et hoc
concludit argumentum. Si vero *accipitur personaliter*, tunc propositio 10
falsa, et sic non sequitur ex conclusione, quia non sequitur: ‘iste terminus
“genus generalissimum” habet per se superius genus, igitur iste terminus
“substantia” habet per se superius genus’.

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista quod iste terminus
‘accidens’ non est per se superius ad qualitatem, sed e converso, precise 15
secundum opinionem *modernorum*, que ponit quod omnis res sit sub-
stantia vel qualitas. Ista patet, quia omne accidens est qualitas, et non e
converso, quia non omnis qualitas est accidens, quia figura non est acci-
dens secundum opinionem *modernorum* quam ad presens reputo veram,
que ponit quod figura non est res distincta a re figurata. 20

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista quod iste terminus
‘motus’ non est per (se) superior ad actionem, sed e converso, quia
omnis motus est actio, vel instrumentalis, vel principalis, et non omnis
actio est motus, quia non actio prime cause; que quidem actio non
distinguitur a prima causa isti(us) motus. Et quod actio que est prima 25
causa, non sit motus, patet per Aristotelem, octavo *Physicorum*,⁷ ubi
ponit primam causam omne movens immobile, et quod omnis motus
sit actio patet, quia, si omnis motus est istud quo movens agit immobile,
et per consequens est actio instrumentalis.

〈CONCLUSIO SEXTA〉 Sexta conclusio est ista quod omnis motus est pas- 30
sio, et per consequens motus non est per se superior ad passionem. Ista
conclusio patet, nam omnis motus est in mobili tamquam in subiecto, et

3 esse] esset E 13 se] genus add. necnon del. E 14 est] sic add. necnon del.
E 16 modernorum] quod add. necnon del. E 23 vel] ?? add. necnon del. E
| instrumentalis] instrumentalis mg. E^c 30 est] poss add. necnon del. E 31 superior]
superius E

7 Aristoteles, *Physica*, VIII, 6, 259a13–15: ‘primum immobilium perpetuum cum
sit erit principium aliis motus’ – tr. vetus. *Auctoritates* 158 (217): ‘Primus motor
omnino est immobolis per se et per accidens.’ (Aristoteles, *Physica*, Θ6, 259a13–15).

per consequens omne mobile in quo est talis motus, patitur tali motu; igitur omnis motus est in passivo. Primum antecedens patet per Aristotelem, tertio *Physicorum*.⁸

- Et si instetur quod sic sequeretur quod omnis passio esset actio, et per
- 5 consequens non essent predicamenta distincta, et quod hoc sequeretur, probatur, nam omnis motus est actio, omnis passio est motus, igitur omnis passio est actio; maior patet per precedentem conclusionem, et minor patet per Aristotelem, tertio *Physicorum*,⁹ *ad istud breviter* | dicitur quod duplex est passio, scilicet principalis et instrumentalis. 21^{vb}
- 10 *Principalis* dicitur istud quod patitur, et *instrumentalis* dicitur istud quo aliud patitur. Conceditur igitur quod omnis passio instrumentalis sit actio instrumentalis.

De distinctione predicamenti actionis et predicamenti passionis plenius patebit in suo loco.¹⁰

- 15 <AD 1.> Ad primum principale dicitur concedendo quod sunt plura predicamenta quam decem pluralitate numerali et pluralitate specifica et pluralitate generis et pluralitate equivalentis, sicut satis diffinire patet per conclusiones supra dictas.

- <AD 2.> Ad secundum dicitur concedendo quod sunt plura predicamenta substantie tam pluralitate numerali quam speciei quam etiam generis, sed non pluralitate equivalentie, quia predicamentum substantie vocale, <mentale> et scriptum equivalent in significando, et non in modo significandi, et consimiliter plura predica(men)ta substantie equivalent.

- <AD 3.> Ad tertium patet per idem.
- 25 <AD 4.> Ad quartum dicitur concedendo quod universale sit genus generalissimum, et sibi correspondet predicamentum secunde intentio- nis, sicut iam dictum est.¹¹ Forte et si quis diligenter vellet inquirere, inveniret plura predicamenta et plura genera generalissima secunde intentio- nis.

15 primum] dicitur *add. necnon del. E*
20 quam] plurale *add. necnon exp. E*

16 predicamenta] prima *add. necnon del. E*
22 mentale] materiale *E* 23 substantie] vocalia *add. E*

8 Aristoteles, *Physica*, III, 3, 202b20–22: ‘neque doctio cum doctrina neque actio cum passione idem proprie est, sed cui insunt hec, motus est; hoc enim huius in hoc et huius actum esse alterum ratione est’ – tr. vetus. *Auctoritates* 148 (101): ‘Actio et passio sunt unus motus et in passo sicut in subjecto.’ (Aristoteles, *Physica*, Γ3, 202b5–22).

9 Ibid.

10 Thomas Manleveldt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt sb Ampl. q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, QQ. 90–96.

11 Videas supra, CONCL. 1.

⟨AD 5.⟩ Ad quintum conceditur quod predicamentum concretorum qualitatis distinguitur a predicamento abstractorum, sed Aristoteles intendens brevitati coniunctim determinat de utroque, numquam tamen negando ista esse predicamenta distincta, sed quia maiorem convenientiam habent ad invicem quam aliqua alia predicamenta, ideo coniunctim de utroque determinat, sicut iam dictum est.¹²

⟨AD 6.⟩ Ad sextum dicitur negando consequentiam, quia uni rei correspondent diversi conceptus et diversi modi predicandi, et ideo non sequitur, quamvis omnis res sit substantia vel qualitas, quod propter hoc non sint plura predicamenta, quia predicamenta distinguuntur penes diversitatem predicamentorum secundum diversa interrogativa predicamentalia.

⟨AD 7.⟩ Ad septimum dicitur negando antecedens, et ulterius dicitur quod iste terminus ‘accidens’ non est supremum, quia continetur sub qualitate, sicut predictum est.¹³

⟨AD 8.⟩ Ad octavum dicitur concedendo quod accidens sit universale, et quod sit species, et ulterius | dicitur quod hec est immediata: ‘nulla substantia est accidens’, quia per nihil communius potest probari quod a substantia potest negari.

Et quando arguitur sic: ‘nulla qualitas est substantia’, dicitur negando istam secundum *modernos*, quia: omnis figura est qualitas, quedam substantia est figura, igitur quedam substantia est qualitas, et ultra, igitur quedam qualitas est substantia. Et hoc totum dico supponendo quod omnis res figurata sit figura.

⟨AD 9.⟩ Ad nonum dicitur negando antecedens. Ad probationem: patet per superius dicta,¹⁴ quia hec est falsa: ‘omnis actio est motus’, propter actionem prime cause. Sed de hoc plus patebit suo loco, sicut prius dictum est.¹⁵

⟨AD 10.⟩ Ad decimum dicitur negando antecedens. Et que sunt ista genera generalissima, que illis positis correspondent, in propriis questionibus istorum predicamentorum dicebuntur.¹⁶

4 predicamenta] et add. necnon del. E 19 potest] ?? add. necnon del. E

12 Videas supra, CONCL. 2.

13 Videas supra, CONCL. 4.

14 Videas supra, CONCL. 5.

15 Videas supra, CONCL. 6, ubi auctor refert ad Thomam Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, QQ. 90–96.

16 Thomas Manlevelt, *Questiones super Predicamenta*, Erfurt SB Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, QQ. 99–101.

⟨AD 1. ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum, quod Porphyrius intelligit de predicamentis prime intentionis comprehendendo predicamentum *qualitatis* et predicamentum *qualis* sub uno predicamento, sicut Aristoteles coniunctim determinat de eisdem, et

5 forte quia tempore Porphyrii non fiebat ita stricta inquisitio de numero predicamentorum, sicut nunc. Et ideo Aristoteles multa que dicit in *Predicamentis*, dicit potius exercitatice quam determinative, et ideo in fine capituli de relatione dicit ‘dubitare autem de singulis non erit inutile’.¹⁷

⟨AD 2. ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Per idem patitur ad secundum
10 argumentum.

8 non] et add. necnon del. E

17 Aristoteles, *Predicamenta*, 7, 8b23–24: ‘dubitare autem de singulis non erit inutile’ – tr. Boethii. *Auctoritates* 303 (30): ‘Dubitare de singulis non est inutile’ (Aristoteles, *Predicamenta*, 7, 8b23–24).

⟨QUESTIO 23⟩

Consequenter queritur utrum genera
generalissima sint principia rerum.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nullum generalissimorum est principium intrinsecum vel extrinsecum; 5 igitur nullum generalissimorum est principium. Consequentia nota, quia omne principium vel est intrinsecum, vel extrinsecum. Et antecedens patet quia nullum generalissimorum est materia vel forma; 10 igitur nullum generalissimorum est principium intrinsecum. Consequentia patet per Aristotelem et Commentatorem, primo *Physicorum*¹ et quinto *Metaphysice*.² Et antecedens est de se notum, quia nullus terminus est materia vel forma; omne genus generalissimum est terminus, 15 igitur nullum genus generalissimum est materia vel forma. Et quod nullum generalissimum sit principium extrinsecum patet, quia nec est causa efficiens, nec finalis; igitur nullum genus generalissimum est aliquo modo 15 principium.

⟨2.⟩ Item. Omne principium presupponitur a principiato; nullum genus generalissimum presupponitur a principiato; igitur nullum genus generalissimum est principium. | Maior patet per Aristotelem et Commentatorem, primo *Physicorum*.³ Et minor patet per Aristotelem tertio 20 *De Anima*,⁴ ubi vult quod universale aut nihil est aut per posterius, et nihil quod est per posterius presupponitur.

¹ Cf. *Auctoritates* 141 (17): ‘Tria sunt principia naturae, scilicet materia, forma et privatio.’ (Aristoteles, *Physica*, A7, 191a8–17); *Auctoritates* 143 (42): ‘(...) per elementa intelligit materiam et formam.’ (Averroes, *In Physic.*, com. 1, f. 6A–C).

² *Auctoritates* 124 (117): ‘Tot modis dicitur principium, quot modis dicitur causa, quia omnes causae sunt principia, sed non e converso.’ (Cf. Aristoteles, *Metaphysica*, Δ7, 1013a16–17); *Auctoritates* 126 (140), Commentator: ‘Quotiens dicitur principium, totiens dicitur terminus, et adhuc amplius, quia quod principium est terminus initialis, et non e converso.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, Δ17, 1022a10–13:); *Auctoritates* 124 (119): ‘Quattuor sunt causae, scilicet materialis, formalis, efficiens et finalis.’ (Cf. Aristoteles, *Metaphys.*, A3, 983a26–32).

³ Aristoteles, *Physica* I, 5, 188a27–28: ‘oportet enim principia neque ex alterutris esse neque ex aliis, et ex his omnia.’

⁴ Aristoteles, *De anima* III, 402b–10. Vel potius Averroes, *Commentarius magnus in Aristotelis De anima libros*, I 8, 11^{1–6}: ‘Vivum autem universale aut nichil est, aut postremum est’ (Ed. F.S. Crawford). Vel *De anima* I, 1, 402b7–8.

⟨3.⟩ Item. Nulla secunda substantia presupponitur a prima substantia; sed aliquod genus generalissimum est secunda substantia; igitur aliquod genus generalissimum non presupponitur a prima substantia, et per consequens non est principium prime substantie. Maior videtur evidens,
 5 quia aliter sequeretur quod secunda substantia esset prior quam prima substantia, quod videtur falsum. Et minor est de se nota, quia omne genus predicamenti substantie est secunda substantia, sicut patet ex textu Aristotelis, capitulo de *substantia*.⁵

⟨4.⟩ Item. Si genus generalissimum esset principium alicuius, tunc
 10 esset principium speciei sub tali genere contente. Consequens videtur falsum; igitur et antecedens. Falsitas consequentis declaratur: nullum principiatum potest esse sine suo principio; sed omnis species potest esse sine suo genere; igitur nullum genus est principium sue speciei. Maior videtur evidens, quia nullum compositum potest esse sine suis
 15 componentibus, nec aliquis effectus sine suis causis, sicut elicetur ab Aristotele, secundo *Physicorum*.⁶ Et minor declaratur, quia clarum est quod ista species *homo* potest esse sine isto genere *animal*.

⟨5.⟩ Item. Nullum genus est principium compositivum speciei, nec principium effectivum; igitur nullo modo est principium speciei. Con-
 20 sequentia patet per sufficientem divisionem. Et antecedens patet quia nullum genus est principium intrinsecum vel extrinsecum sue speciei, sicut prius dictum est.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est textus Porfirii, quo dicitur: ‘sed sunt posita, quemadmodum in *Predicamentis* dictum est, prima decem
 25 genera sicut prima decem principia’.⁷

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ In ista questione prima distinctio est ista, quod ‘principium’ accipitur multipliciter, scilicet pro principio contentivo, et principio effectivo, sive pro principio compositivo.

Principium *contentivum* vocatur principium logicale, quod propter
 30 suam communitatem tamquam superius continet sub se sua inferioria.

15 effectus] affectus E

5 Aristoteles, *Predicamenta* 5, 2a14–16: ‘Secundae autem substantiae dicuntur, in quibus speciebus illae quae principaliter substantiae dicuntur insunt, hae et harum specierum genera.’ – tr. Boethii.

6 Locus non inventus.

7 *Isagoge*, II, 10 (6, 5–7): ‘Sed sint posita, quemadmodum in Praedicamentis, prima decem genera quasi prima decem principia (...)’

Et de tali prioritate sive principalitate loquitur Aristoteles, quod tale principium dicitur principium in *Postpredicamentis*,⁸ capitulo de *prius*,
 22^{va} ubi dicitur quod ‘*prius*’ dicitur istud a quo non | convertitur subsistendi consequentia.

Principium vero *compositivum* dicitur ex quo res componitur, quod 5
 quidem principium est pars rei et manet in rei, sicut vult Aristoteles,
 primo *Physicorum*,⁹ et tale est principium naturale intrinsecum, sicut
 materia et forma.

Principium vero *effectivum* dicitur causa efficiens, quod quidem dici- 10
 tur principium extrinsecum, et est similiter principium naturale sive
 reale. Finis vero propinquus rei, quia coincidit cum forma, sicut vult Ari-
 stoteles, secundo *Physicorum*,¹⁰ ideo est principium intrinsecum, sicud
 forma.

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Verumtamen potest addi quartum membrum 15
 divisionis, scilicet principium *terminativum*, et istud subdividitur in
 principium terminativum intrinsecum et extrinsecum.

‘Intrinsicum’ dicitur pars rei vel essentialis, ut forma, que est pars
 generationis, vel pars quantitativa, que est pars magnitudinis vel termi-
 nans magnitudinem, sive initians continuationem et successionem, quod
 dico pro principio initiativo vel successivo, de quo alibi diffusius patet, 20
 utpote in *Questione de tempore sive quarto Physicorum*.¹¹

Principium vero terminativum sive initiativum ‘extrinsecum’ est causa 25
 efficiens, vel finis remotus rei et hoc essentialiter loquendo; sed quantita-
 tive loquendo, tunc istud a quo res incipit exclusive vel ad quod termina-
 tur, dicitur principium vel terminus, sicut si aliquod longum extendatur
 ab isto pariete ad ostium, tunc iste paries est principium extrinsecum
 illius extensionis, et ostium est terminus extrinsecus, vel e converso,
 secundum diversam considerationem diversorum.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista, quod omne genus est prin- 30
 cipium contentivum. Ista patet, quia omne genus est per se superius

¹¹ quia] quo incidit *add. necnon del. E* 26 ostium] hostium *E* 27 ostium] hostium
E 28 secundum] secundam *E*

⁸ Aristoteles, *Predicamenta*, 12, 14a35–36: ‘*prius* autem videtur esse illud a quo non
 convertitur subsistentiae consequentia.’ – tr. Boethii.

⁹ Aristoteles, *Physica* I. Locus non inventus.

¹⁰ Aristoteles, *Physica* II. Locus non inventus.

¹¹ Thomas Manlevelt, *Questio de tempore sive quarto Physicorum*. Textum invenire non
 potui.

aliquarum suarum specierum sub eo per se contentarum. Ista conclusio satis patet ex significatione vocabuli in primo membro divisionis superius posite. Et antecedens patet ex diversis textibus Porphyrii.¹²

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista, quod omne genus

- 5 generalissimum sit primum principium. Ista declaratur, nam quod omne genus generalissimum sit principium, patet per precedentem conclusio-
nem.¹³ Et quod sit primum, probatur: nullum | genus generalissimum 22^{vb} habet aliquod genus prius supra se veniens; igitur omne genus generalis-
simum est primum principium.

- 10 Sed *contra istam conclusionem instatur*: nullum genus generalissimum est primum principium contentivum; igitur nullum genus generalissi-
mum est primum principium. Consequentia nota, quia non posset esse
aliquod aliud principium quam contentivum, sicut probant argumenta
antecedentia. Et antecedens patet, quia omne genus generalissimum
15 habet supra se per se superius ipsum continens, sicut istud superius ‘ens’
quod est per se superius ad omne genus.

- Item. Quodlibet istorum decem de quibus loquitur Porphyrius, con-
tinetur sub isto genere generalissimo ‘universale’; igitur nullum istorum
est primum principium contentivum. Consequentia videtur evidens. Et
20 antecedens patet, quia ipse loquitur de decem generibus generalissimis
prime intentionis, sicut patet per istum textum ‘sunt posita quemadmo-
dum in *Predicamentis*'.¹⁴

- Ad *primum istorum dicitur* quod duplex est ‘primum principium
contentivum’, scilicet per se et per accidens. Et *primum principium*
25 *contentivum per se* adhuc subdividitur, scilicet in *primum principium per se quiditative*, et in *primum principium non-quiditative*. Conceditur
igitur quod *ens* est *primum contentivum per se*, sed non *quiditative*,
quia non *predicatur in quid*, sicut patet ex precedentibus questionibus.¹⁵
Sed genus generalissimum est per se *primum principium contentivum*
30 et *quiditative*, et sic intelligit Porphyrius.

Ad *secundum dicitur* quod *universale* est *superius per accidens*, et
non per se, ad omne genus generalissimum, sicut patet ex precedenti

¹ eo] concedit add. E ¹³ quam] communi add. necnon del. E

¹² *Isagoge*, II, 7 (5, 1–16) et diversis aliis textibus.

¹³ Videas supra, CONCL. 1.

¹⁴ *Isagoge*, II, 10 (6, 5–7): ‘Sed sint posita, quemadmodum in *Praedicamentis*, prima
decem genera quasi prima decem principia (...’)

¹⁵ Videas supra, Q. 21 AD 3.

questione.¹⁶ Et ideo non est primum principium quiditatitum per se, sed per accidens respectu generalissimorum prime intentionis, de quibus loquitur Porphirius.

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Ad superius dictorum evidentiam est tertia conclusio, quod genus generalissimum est primum principium compositum. Ista conclusio patet, quia genus generalissimum primo ponitur in diffinitionum compositione sue immediate speciei, quia sicut vult Ari-

^{23^{ra}}

stoteles, sexto *Topicorum*:¹⁷ omnis species diffinitur per suum | proximum. Sicut patet de ista specie *corpus*, que sic diffinitur: ‘*corpus est substantia composita ex materia et forma*’, in qua diffinitione hoc genus generalissimum *substantia* est primum principium compositum et intrinsecum.

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista quod genus generalissimum est aliquando principium effectivum, quia audita ista voce ‘*substantia*’ vel viso isto termino scripto ‘*substantia*’ efficitur, saltem instrumentaliter, unus conceptus in mente audientis vel videntis.

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista quod genus generalissimum (est) primum principium initiativum sive terminativum, sicut patet in talibus propositionibus: ‘*substantia est ens*’, ‘*corpus est substantia*’, in quarum prima genus generalissimum est principium initiativum, et in secunda est principium terminativum.

〈AD 1.〉 Ad (primum) igitur principale dicitur negando antecedens. Et ulterius dicitur quod est primum principium initiativum materiale diffinitionum, sicut logicus accipit ‘materiam’, sicut expresse patet per Porphirium.¹⁸ Et hoc sufficit ad propositum.

〈AD 2.〉 Ad secundum dicitur quod omne principium compositum presupponitur a principiato, ad istum intellectum quod tale principiatum non potest esse nisi sit tale principium.

〈AD 3.〉 Ad tertium dicitur concedendo maiorem ad intellectum iam datum. Et ulterius negatur consequentia, scilicet quod igitur secunda substantia non potest esse principium rei prime substantie, quia sicut

¹⁶ unus conceptus] unum conceptum *E* | mente] ad add. necnon del. *E*

¹⁷ Videas supra, Q. 22, CONCL. 3.

¹⁸ Aristoteles, *Topica* VI, 5, 143a22: ‘in proximum genus ponendum’ – tr. Boethii. *Auctoritates* 329 (99): ‘In definitione cuiuslibet rei non debet poni genus propinquum et remotum, quia in genere propinquum fit.’ (Cf. Aristoteles, *Topica* Z5, 143a19–26).

¹⁸ *Isagoge*, II, 10 (6, 3–11).

iam dictum est,¹⁹ aliquid potest esse principium contentivum alicuius, quamvis sit posterius eo in esse.

⟨AD 4.) Ad quartum patet per iam dicta.

⟨AD 5.) Ad quintum dicitur negando antecedens quia est principium

5 compositivum diffinitionum ipsius speciei vel diffinitionis, que secundum *aliquos* est species. Et ulterius dicitur negando consequentiam, quia non omne principium est principium compositivum vel diffinitionum, sicut patet per superius dicta,²⁰ quia potest esse principium contentivum et terminativum extrinsecum.

10 ⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Et ad argumentum in oppositum: qualiter debeat intelligi, patet per iam dicta.

² posterius] in *add. necnon del. E*

¹⁹ Videas supra, CONCL. 2.

²⁰ Videas supra, DIST. 1 et 2.

⟨QUESTIO 24⟩

Consequenter queritur utrum infinita relinquenda sint ab arte.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

23^{rb} Nulla de quibus | est ars et scientia, relinquenda sunt ab arte; sed infinita sunt huiusmodi; igitur infinita non sunt relinquenda ab arte. ⁵ Maior est de se nota. Minor patet per Aristotelem, tertio *Physicorum*,¹ ubi facit ⟨mentionem⟩ de infinitis tradendo diversas conclusiones scientificas de eisdem.

⟨2.⟩ Item. Individua non sunt relinquenda ab arte; individua sunt infinita; igitur etcetera. Maior patet, quia de individuis est ars et scientia ¹⁰ et conclusiones scientifice secundum quod elicitor ex textu Porfirii, qui ponit diversas conclusiones de individuis, utpote quod individuum est unum numero, quod individuum predicator de uno solo, et quod individuum differt ab universalis, et sic de aliis conclusionibus artificiis;² 15 igitur individua non sunt relinquenda ab arte. Et minor patet per Porfirium,³ qui dicit: ‘individua autem que sunt prius specie, infinita sunt’.

⟨3.⟩ Item. De quantitate continua est ars et scientia; sed omnis quantitas continua est infinita; igitur de infinitis est ars et scientia, et per consequens infinita non sunt relinquenda ab arte. Maior est de se nota, ²⁰ quia tota geometria que est scientia terminativa, et tota astronomia, sunt scientie de quantitate continua. Et minor patet quia omnis quantitas habet infinitas partes, quia est divisibilis in infinitum, secundum Aristot-

⁹ Item] 20 add. mg. E ¹⁸ Item] 30 add. mg. E ²² continua] continuo mg. E^c

¹ Sicut Aristoteles, *Physica* III, 5, 206a1–2; 6, 207a25–26; 7, 207b1–5, 16–17. *Auctoritates* 148 (109): ‘Infinitum habet rationem partis et non totius et habet rationem materiae et non formae.’ (Aristoteles, *Physica* III 6, 207a21–22, 26–28), cf. ibid., 104, 105, 108, 109, 112.

² *Isagoge*, passim.

³ *Isagoge*, II, 11 (6, 13–14): ‘(...) individua autem quae sunt post specialissima, infinita sunt.’

telem, primo *Physicorum*⁴ et primo *De generatione*.⁵ Et per consequens secundum istam opinionem que ponit quod totum est omnes partes simul sumpte, omnis quantitas continua est infinita, quia est infinite partes.

5 ⟨4.⟩ Item. De quocumque habetur aliqua conclusio scientifica et artificialis, de isto est ars et scientia; sed de infinito habetur conclusio scientifica et artificialis; igitur de infinitis est ars et scientia. Maior videtur plana de se. Et minor patet, quia de infinitis habetur ista conclusio artificialis et scientifica, scilicet de infinitis non est scientia.

10 ⟨5.⟩ Item. De quibuscumque universalibus est scientia; igitur de infinitis est scientia. Antecedens patet per Aristotelem, primo *Metaphysice*,⁶ qui dicit quod ex multis experimentis colligitur unum universale, et ex multis singularibus una scientia. Et consequentia declaratur, quia tales universales sunt infinite. Utrumque istorum | est ens demonstratis duobus singularibus sive individuis. 23^{va}

15 ⟨6.⟩ Item. Scientia universalis presupponit scientiam singularium sive individuorum, quia ex multis individuis inducitur unum universale, sicut patet per propositionem iam allegatam, scilicet ‘ex multis experimentis etcetera’.

20 ⟨7.⟩ Item. Omnis notitia scientifica incipit a notitia individuorum; igitur de individuis est ars et scientia. Consequentia videtur evidens. Et antecedens patet per istam propositionem Aristotelis, primo *Posteriorum*,⁷ ubi vult quod ‘omnis nostra cognitio ortum habet a sensu’; sed

1 *Physicorum*] et quarto add. E; ?? add. necnon del. E 5 Item] 40 add. mg. E
10 Item] 50 add. mg. E 16 Item] 60 add. mg. E 20 Item] 70 add. mg. E

4 Aristoteles, *Physica*, I, 2, 185b10–11: ‘in infinitum enim divisibile est continuum’ – tr. vetus. *Auctoritates* 140 (10): ‘Continuum est divisibile usque ad infinitum.’ (Aristoteles, *Physica*, A2, 185b10–11).

5 Aristoteles, *De generatione* I, 3, 318a21–22: ‘Actu enim nichil est infinitum, potestate autem in divisione’ – tr. vetus.

6 Aristoteles, *Metaphysica*, I, 1, 981a15–16: ‘experientia quidem singularium est cognitio, ars vero universalium, actus autem et omnes generationes circa singulare sunt’ – rec. Guillelmi. *Auctoritates* 115 (6): ‘Experientia est cognitio singularium; ars vero universalium.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, A1, 981a15–16).

7 Aristoteles, *Analytica posteriora* I, 31, 87b29–30: ‘sentire necesse est hoc aliquid et ubi et nunc’ – tr. Iacobi. Cf. Aristoteles, *Analytica posteriora* II, 19, 100a3–8: ‘Ex sensu quidem igitur fit memoria, sicut diximus, ex memoria autem multotiens facta experimentum. Multe enim memorie numero experimentum est unum. Ex experimento autem aut ex omni quiescente universalis in anima, uno preter multa, quodcumque in omnibus unum sit illis idem est, artis principium et scientie, si quidem est circa generationem, artis est, si vero circa esse, scientie’ – tr. Iacobi.

omne quod sentitur est individuum aut singulare, secundum istam propositionem ‘universale dum intelligitur, singulare vero dum sentitur’.⁸

⟨AD OPPOSITUM, 1.⟩ Ad oppositum est Porphyrius,⁹ qui dicit: ‘infinita, inquit, relinquenda sunt, neque enim posse fieri eorum disciplinam.’

⟨AD OPPOSITUM, 2.⟩ Item. Aristoteles, tertio *Physicorum*,¹⁰ dicit quod infinitum in quantum infinitum est ignotum; igitur de infinito non est notitia, et per consequens neque ars neque scientia.

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio est ista quod iste terminus ‘infinitum’ accipitur dupliciter. Uno modo sincategorematicae, alio modo categorematicae.

⟨INFINITUM SINCATEGOREMATICE ACCEPTUM⟩ Sincategorematicae accipiuntur quando tenetur distributive sive divisive, et tunc reddit propositionem universalem, ut patet in talibus ‘infinite dies precesserunt diem istam’, ‘infiniti homines fuerent ante istum hominem’, ‘in infinitum continuum est divisibile’. Et tunc debent tales propositiones sic exponi: ‘plures homines precesserunt hunc hominem’, vel ‘plures dies precesserunt istum diem’ et non tot quin plures; et tunc tales sunt singulares: ‘isti duo homines precesserunt hunc hominem’, et iste terminus ‘et sic in infinitum’ semper demonstrando homines in tali minori qui precesserunt hunc hominem. Cum hoc tamen stat quod omnis multitudo hominum que precessit hunc hominem sic accepta, sit finita. Et consimiliter est de ista propositione cuius universales iste sunt singulares: ‘in istas duas partes continuum est divisibile’, et ‘in istas tres partes continuum est divisibile’, et sic in | infinitum. Cum hoc tamen stat quod omnes partes in quas continuum est divisibile, sunt finite, quia due sunt finite et tres sunt finite et quattuor sunt finite, et sic in infinitum. Et ideo multi

23^{vb}

10

15

20

25

3 [oppositum] oppositum add. mg. E 5 Item] 2 add. mg. E 8 distinctio] distinctio add. mg. E 13 in] ?? 3 litt. E 14 infiniti] infiniti mg. E^c 16–17 precesserunt istum diem] precesserunt istum diem sup. lin. Ec 21 sic] sic E^c

8 Aristoteles, *Analytica posteriora*, I, 31, 87b37–39: ‘sentire enim necesse est singulariter, scientia autem est in cognoscendo universale’ – tr. Iacobi. *Auctoritates* 319 (93): ‘Sensus est singularium, scientia vero universalium.’ (Aristoteles, *Analytica posteriora*, A31, 87b37–39).

9 *Isagoge*, II, 11 (6, 15–16): ‘(...) infinita, inquit, relinquenda sunt; neque enim horum posse fieri disciplinam.’

10 Aristoteles, *Physica*, III, 6, 207a25–26: ‘Unde ignotum est in quantum est infinitum’ – tr. vetus. *Auctoritates* 148 (105): ‘Infinitum secundum quod hujusmodi est ignotum.’ (Aristoteles, *Physica*, Γ6, 207a25–26).

logici non negant istam ‘continuum est divisibile in infinitum’ ponendo ly ‘in infinitum’ a parte predicati. Et tunc, ut dicunt, stat categorematice sive collective, quod idem est. Et tunc ad veritatem talis requiritur quod continuum posset esse actu divisum in aliquam multitudinem infinitam discrete, quod Aristoteles, *(primo) Physicorum*,¹¹ dicit esse impossibile, quamvis aliqui *theologi* hoc concedunt, quod non est presentis speculationis.

⟨INFINITUM CATEGOREMATICE ACCEPTUM⟩ Infinitum vero categorematice acceptum accipitur multipliciter.

10 ⟨1⟩ Uno modo privative tantum, et sic tantummodo significat privationem finis, et isto modo omne istud quod non habet finem vel terminum, est infinitum. Et sic omne indivisible est infinitum, quodcumque fuerit.

⟨2⟩ Alio modo accipitur non tantum privative, sed etiam includit affirmationem alicuius magnitudinis vel molis vel corporis vel virtutis.

15 Et sic adhuc accipitur multipliciter secundum quod innuit Aristoteles, *tertio Physicorum*:¹²

⟨2.1⟩ Quia quod est ‘infinitum intensive’ utpote virtualiter, sicut prima causa dicitur infinita in sua virtute et potentialitate, quia non est dare ⟨aliquid⟩ quod non potest.

20 ⟨2.2⟩ Alio modo dicitur aliquid ‘infinitum durative’, quia durabit et non erit finis sue durationis.

⟨2.3.⟩ Tertio modo dicitur aliquid ‘infinitum extensive’, si aliquod tale esset, scilicet quod extendetur et non habebit finem sue extentionis. Et istud adhuc subdividitur.

25 ⟨2.3.1⟩ Quia aliquid potest dici ‘infinitum extensive’, quia extenditur et non habet finem extrinsecum sue extensionis, et isto modo longitudo gyrativa alicuius continui est infinita extensive.

⟨2.3.2⟩ Alio modo quod extenditur et non habet finem sue extentionis intrinsecum, et isto modo nihil est infinitum, nec potest esse, secundum

30 *alios*.

⟨2.4⟩ Quarto modo adhuc capitur ‘infinitum successive’, quali infinitate tempus et motus | celi dicuntur infiniti, de quibus est tractatum,¹³ sed

24^{ra}

5 primo] primo *Physicorum* (?) add. necnon del. E 12 sic] res(?) add. necnon del. E
 14 vel] ?? 1 litt. add. necnon del. E 17 est] in add. necnon exp. E 25 extensive] quia
 exte add. necnon del. et exp. E 26 non] non sup. lin. E 32 motus] nota de infinito
 add. sub columna alia manu E | infiniti] infinita E

11 Locus non inventus.

12 Locus non inventus.

13 Videas infra, CONCL. 4.

ista ad presens hic ponuntur ne juvenes dampnum incurant ignorantia terminorum.

(CONCLUSIO PRIMA) Prima conclusio est ista, quod de quolibet infinito qualitercumque accipitur et de qualibet parte infiniti est diffinitiva et notificativa scientia sive notitia et certissima. Ista patet, quia prima causa 5 distinctissime et certissime noscit quamque rem et quamque partem rei. Et quamvis ista conclusio posset manifeste declarari, cum quasi ab omnibus conceditur et quia est alterius speculationis, ideo de ipsa ad presens amplius non dicatur.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod de infinitis 10 sive de infinito intensive est scientia humana. Ista patet quia homo habet scientiam a Deo qui est infinitus in virtute, sicut patet per Aristotelem, octavo *Physicorum*,¹⁴ et homo habet scientiam de forma intensibiali et remissibili, que quidem forma est infiniti gradus, igitur ars et scientia humana habetur de infinitis.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod de infinitis continuatione sive extensione est ars et scientia humana, quia de quantitatibus continuis que sunt infinite partes est certissima scientia geometrica, et de longitudinibus gyrationis que sunt infinite quodammodo extensive, 15 habentur multe conclusiones scientifice, sicut patet in questione tertii *Physicorum De infinito*.¹⁵

(CONCLUSIO QUARTA) Quarta conclusio est quod de infinitis duratione est ars et scientia humana, quia de anima et de celo et de multis aliis perpetuis habentur multe conclusiones scientifice; et de *(in)finito* successione, quia et de motu et de potentia; et de infinito divisibilitate, quia 20 scientia humana probat omne continuum infinitum esse divisibile. Patet igitur expresse quod, qualitercumque accipiatur infinitum sive infinita, de infinitis sive de infinito est ars et scientia humana.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod de infinito non est ars et scientia humana, sic videlicet quod ipsum infinitum secun- 30

1 ad presens] ad presens *sup. lin. E* 3 infinito] qualibet *add. necnon del. et exp. E* 5 notificativa] notificativa *E^c*; notificativa *del. E* 7 declarari] sed *add. necnon del. E* 11 sive de infinito intensive] intensive sive de infinito *E* 14 et] et *E^c*; est *add. necnon del. et exp. E* 15 infinitis] individuis *E* 16 infinitis] individuis *E* 22 infinitis] indefinitis *E* 26 continuum] esse *add. necnon del. E* 27 accipiatur] excipiatur *E* 29 non] non *E^c*

14 Aristoteles, *Physica* VIII, 8, 262a3: ‘quodque movetur, ut homo aut deus’ – tr. vetus.

15 Thomas Manlevelt, *Questio de infinito sive tertio Physicorum*. Textum invenire non potui.

dum se et secundum quamlibet sui proportionalitatem et secundum quamlibet sui partem distincte ab homine qui non est Deus, cognoscitur. Ista conclusio patet experimento, quia experimur nos non habere notitiam distinctam cuiuscumque potentie | divine, quam distincte sciamus.

24^{rb}

- 5 Omne istud quod Deus potest facere, experimur etiam nos non habere notitiam distinctam et propriam cuiuslibet partis alicuius continui vel cuiuslibet gradus alicuius forme intensibilis et remissibilis, vel cuiuslibet divisionis possibilis fieri in continuo, vel cuiuslibet longitudinis gyrationis, vel cuiuslibet individui existentis in rerum natura. Hoc idem patet
- 10 per Porfirium,¹⁶ qui dicit talia infinita esse relinquenda ab arte, nec eorum posse fieri disciplinam, et hoc ad intellectum iam datum. Hoc idem vult Aristoteles, primo et tertio et sexto et septimo *Physicorum*¹⁷ et in multis aliis locis, ubi vult quod infinitum in quantum infinitum est ignotum, idest: non est notum secundum quod infinitum, sic videlicet
- 15 quod ipsum secundum se et secundum quamlibet eius partem et secundum quamlibet eius proprietatem sit diffinitive et distincte et proprio conceptu cognitum ab aliquo alio a Deo.

⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur rationem principalem dicitur concedendo quod de infinito sive de infinitis est scientia, et quod Aristoteles tradit

- 20 multas conclusiones scientificas de infinito et de infinitis; sed hoc facit ad intellectum superius datum; nec hoc vult Porfirius negare, sed tantummodo vult dicere, sicut prius dictum est,¹⁸ quod de infinitis non est ars vel scientia, sic videlicet quod de quolibet infinitorum sit distincta scientia et notitia propria humana, accipiendo ‘notitiam humanam’ pro notitia hominis qui non est Deus. Et hoc experimur sicut prius dictum est,¹⁹ videlicet quod non habemus distinctam et propriam notitiam cuiuslibet
- 25

3–4 notitiam] non add. necnon exp. E 4 quam] quod E 7 forme] et add. necnon del. E | vel] quod add. necnon del. E 8 cuiuslibet] longis add. necnon del. E 11 ad] ad sup. lin. E 18 igitur] prin add. necnon del. E

16 *Isagoge*, II, 11 (6, 15–16): ‘(...) infinita, inquit, relinquenda sunt; neque enim horum posse fieri disciplinam.’

17 Aristoteles, *Physica* I 4, 187b7: ‘infinitum quidem secundum quod est infinitum ignotum est’ – tr. vetus. Aristoteles, *Physica* III 6, 207a25–26: ‘Unde ignotum est in quantum est infinitum’ – tr. vetus. *Auctoritates* 141 (22): ‘Infinitum secundum quod hujusmodi semper est ignotum.’ (Aristoteles, *Physica* I 4, 187b7); *Auctoritates* 148 (105): ‘Infinitum secundum quod hujusmodi est ignotum.’ (Aristoteles, *Physica* III 6, 207a25–26). Aristoteles, *Physica* VI: non inventus. Aristoteles, *Physica* VII: non inventus.

18 Videas supra, CONCL. 5.

19 Videas supra, CONCL. 5.

partis continui nec alicuius alterius contentis virtualiter vel potentio-
liter vel successibiliter vel extensive in finito.

⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur simpliciter concedendo quod conclusio
concludit ad intellectum predictum. De individuis non tamen est ars vel
scientia, sic quod de quolibet eorum habeamus distinctam et propriam 5
notitiam.

⟨AD 3.⟩ Et per idem ad tertium, quia, quamvis de quantitate continua-
sit scientia, non tamen de qualibet eius parte habetur propria notitia sub
conceptu proprio talis quantitatis.

⟨AD 4.⟩ Ad quartum dicitur quod de infinitis habetur ista scientia vel 10
ista conclusio scientifica quod de infinitis non est scientia, sic videlicet
quod de quolibet illorum habeatur propria notitia a nobis.

^{24va} ⟨AD 5.⟩ Ad quintum dicitur quod de quibuscumque universalibus | est
scientia, quamvis non distincta vel propria, sicut iam dictum est.²⁰

⟨AD 6.⟩ Ad sextum dicitur concedendo quod scientia universalium 15
presupponit scientiam singulorum, et hoc distinctam et propriam, sal-
tem aliquorum, sed non cuiuslibet. Verbi gratia, ad hoc quod ista univer-
salis ‘omnis urtica est acuta substantia’, requiritur quod distincte sciatur
ab aliquo de aliqua urtica singulari mediante sua notitia propria, quod
ipsa sit acuta. Et non tantum de una urtica, verum etiam de pluribus, 20
et tunc quod cum intellectus nusquam invenerit mediante sensu accep-
tam concludit istam universalem, scilicet quod omnis urtica sit acuta. Ad
cuius notitiam non requiritur cuiuslibet urtice experientia, sed sufficit
indifferenter plurium sine expressione quarumcumque circumstantia-
rum sive locationum sive colorum sive temporum, et sic de aliis circum- 25
stantiis.

⟨AD 7.⟩ Per idem patet ad septimum argumentum.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum vero in oppositum
satis declaratum est per ista que dicta sunt.

¹ contentis] continentis *E* ¹⁵ universalium] propter *add. necnon del. E* ¹⁶ singu-
lorum] singularem *E* ²⁷ patet] per *E*

²⁰ Videas supra, CONCL. 5.

〈QUESTIO 25〉

Consequenter queritur utrum participatione
speciei plures homines sunt unus homo.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic.

5 Sortes et Plato sunt unus homo; Sortes et Plato sunt plures homines;
igitur plures homines sunt unus homo. Discursus videtur evidens, quia
arguitur expositorie. Maior patet, quia Sortes est unus homo et Plato
est unus homo, igitur Sortes et Plato sunt unus homo. Ista consequentia
patet, quia omnes isti termini sunt substantiales et in talibus valet con-
10 sequentia *a divisis ad coniuncta*, et *a coniunctis ad divisa*.

⟨2.⟩ Item. Supposito quod Sortes significet totum unum hominem pre-
ter manum dexteram, et Plato totum eundem hominem preter manum
sinisteram, tunc clarum est quod Sortes et Plato sint unus homo. Et
minor in isto casu patet, scilicet quod Sortes et Plato sint plures homi-
15 nes, quia Sortes est homo et Plato est homo et Sortes non est Plato, quia
aliquid est pars Sortis quod non est pars Platonis; igitur Sortes et Plato
sunt plures homines.

⟨3.⟩ Item. Sortes et Plato sunt unus homo in communi; igitur Sortes
et Plato sunt unus homo. Consequentia videtur evidens. Et antecedens
20 declaratur, quia uterque istorum demonstrando Sortem et Platonem,
est homo, et non uterque istorum est homo qui est Sortes, nec uterque
istorum est homo qui est | Plato, nec uterque istorum est homo qui
est Cicero, et sic de quocumque alio discreto, igitur uterque eorum est
homo in communi, igitur Sortes et Plato sunt homines in communi. Et
25 confirmatur per istam auctoritatem Porfirii, scilicet ‘collectivum enim
multorum in una natura species est’²³, igitur multa individua colliguntur
in una natura specifica. Et per consequens multi homines colliguntur in
natura humana, igitur multi homines sunt in natura humana et non in
aliqua (alia) natura humana quam in natura que est unus homo; igitur
30 multi homines sunt unus homo. Et quod multi homines sunt una natura

24^{vb}

²³ et] sicud *add. necnon del. E*

¹ *Isagoge*, II, 12 (6, 19–20): ‘Collectivum enim multorum in unam naturam species
est’.

humana, patet per communem locutionem precipue theologicam, qua dicitur quod tota natura humana per primum parentem fuit infecta et postea per Christum redempta, que non potest aliter intelligi quam quod tota multitudo hominum fuit primo per parentem infecta et postea eadem multitudo fuit per Christum redempta, igitur tota multitudo hominum est una natura humana, et per consequens plures homines sunt una natura, et per consequens plures homines sunt unus homo.⁵

(4.) Item. Expresse patet per textum Porphirii quo dicitur quod participatione speciei plures homines sunt unus homo.²

(AD OPPOSITUM, 1.) Ad oppositum arguitur: quandocumque aliqua duo sunt eadem alicui tertio, ipsa sunt idem inter se; si igitur plures homines, utpote Sortes et Plato, essent idem alicui tertio, essent idem inter se, et per consequens Sortes esset Plato, et e converso. Maior patet, quia est communis omni concipienti, et patet per Aristotelem, primo *Physicorum*,³ ubi probat quod totum non est idem parti. 10

(AD OPPOSITUM, 2.) Item. Si plures homines essent unum homo, vel essent unus homo singularis vel unus homo universalis. Primum non potest dici, quia sic sequeretur quod singulare esset commune, quod est contra Porphirium. Nec secundum potest dici, quia, cum omnis talis homo in communi sit signum universale, sequeretur quod plures homines essent unum signum, quod de se patet esse falsum. 15

(DISTINCTIO PRIMA) In ista questione presupponitur una distinctio, quod duplex est ‘actus logicalis’, | scilicet *actus exercitus* et *actus significatus*. *Actus exercitus* est propositio, cuius copula sive verbum principale est hoc verbum ‘est’, sicut patet *(in)* talibus propositionibus ‘homo est animal’, ‘Sortes est homo’, ‘albedo est color’, et sic de aliis. *Actus significatus* est propositio cuius copula sive verbum principale est hoc verbum ‘predicatur’ vel aliquid sibi equivalens, cuiusmodi sunt talia: ‘competit’, ‘inest’, ‘dicitur’, ‘verificatur’, et similia. Et tales propositiones sunt huiusmodi: ‘animal predicatur de homine’, ‘animal dicitur de homine’, ‘animal competit homini’, ‘predicatum inest subiecto’, ‘animal verificatur de homine’, et consimiles. Et vocatur primus actus ‘exercitus’ et secundus ‘significatus’, quia per primum exercitur predicatione que per secundum

¹² idem] eadem E ¹⁴ communis] et(?) add. necnon del. E ²³ exercitus] acercitus E (sic semper) ²⁵ in] 4 litt. add. necnon del. E

² *Isagoge*, II, 12 (6, 21–22): ‘(...) participatione enim speciei plures homines unus (...)’
³ Locus non inventus.

significatur, sicut patet per istam: ‘animal predicatur de homine’ significatur ista prima que exercetur in ista propositione: ‘homo est animal’.

- ⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod ista propositio ‘plures homines sunt unus homo’ est distinguenda eo quod poterit accipi in sensu proprio vel in sensu transsumptivo. Sensus proprius est actus exercitus, qui accipitur ex virtute sermonis et ex constructione grammatical, sicut termini iacent. Sensus vero transsumptivus sive improprius est actus significatus, scilicet iste: de pluribus hominibus, hoc est, de pluribus nominibus hominum predicatur unus homo. Qui actus significatus debet sic exerceri: ‘iste homo est homo, et iste homo est homo, et sic de singulis’, vel sic: ‘Sortes est unus homo, Plato est unus homo, et sic de singulis’.

- ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod ista propositio ‘plures homines sunt unus homo’ est vera in sensu proprio precipue tenendo quod partes nihil aliud sint quam suum totum. Istam conclusionem probat secundum argumentum ad principale.⁴

- ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod plures homines totaliter distincti non sunt unus homo, et per consequens ista propositio est falsa in sensu proprio. Ista conclusio est de se nota, quia omne istud quod est unus homo, est Sortes vel Plato, etcetera; sed nulli plures homines totaliter distincti sunt Sortes et Plato, etcetera; igitur nulli plures homines totaliter distincti sunt unus homo. ⟨Maior⟩ appetit inductive. Et minor est de se nota.

- ⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod ista propositio ‘plures homines sunt unus homo’ est vera in sensu transsumptivo. Ista patet, quia de | pluribus hominibus predicatur unus homo, ad intellectum prius datum.⁵

- ⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod uterque istorum – demonstrando Sortem et Platonem – est unus homo singularis, et per consequens est unus homo sensibilis, et unus homo non-universalis, et unus homo capiendus et sic de quibuscumque aliis conditionibus individuantibus. Et ista conclusio patet inductive.

⁷ improprius] improprie *E* ¹³ ista] pli *add. necnon del. E* ¹⁶ argumentum] ad *add. E*

⁴ Videas supra, 2.

⁵ Videas supra, DIST. 2.

Sed contra istam conclusionem instatur:

(I) ‘uterque istorum est homo singularis; igitur uterque istorum est Sortes, vel uterque istorum est Plato’; sed consequens est falsum, sicut de se notum est.

(II) Item, ‘uterque istorum est singularis homo capiendus’; capiatur 5 igitur homo qui est uterque eorum, et non invenitur aliquis talis; igitur hec, ut videtur, est falsa: uterque istorum est singularis homo capiendus.

(AD I) Ad primum istorum dicitur negando consequentiam, sed bene sequitur ‘uterque istorum *est* homo singularis; et omnis homo singularis est Sortes vel Plato; igitur uterque istorum est Sortes vel Plato’, acci- 10 piendo consequens de disiuncto predicato. Sed propter hoc non oportet quod sequatur in sensu quo est disiunctiva, et causa quare prima est vera, est quia iste terminus disiunctus ‘Sortes vel Plato’ supponit confuse tantum, propter signum universale affirmativum mediate precedens.

(AD II) Ad secundum dicitur concedendo quod uterque istorum est 15 homo capiendus etcetera, et ulterius quando dicitur ‘capiatur’, querendum est ab argente ‘quid debet capi?’; si dicit quod istud est capiendum quod est ‘uterque istorum’, respondetur quod nihil est tale. Per talem modum respondendi non habet arguens aliquod inconveniens quod concludat. 20

(AD 1.) Ad primum igitur principale dicitur concedendo quod Sortes et Plato sunt plures homines, si ista propositio capitur de copulato subiecto. Et confirmatur etiam quod Sortes et Plato sunt unus homo, si ista propositio accipiatur in sensu copulativo, ut sic loco istius ‘Sortes est unus homo, et Plato est unus homo’. Et ulterius dicitur negando 25 quod discursus sit expositorius, quia hoc copulatum ‘Sortes et Plato’, si accipiatur in sensu | copulativo, non facit discursum expositorium.

Et ulterius dicitur quod in propositionibus per se valet consequentia *a divisis ad coniuncta ex parte predicati exceptis casibus quos ponit Aristoteles*, secundo *Perihermeneias*,⁶ sed non oportet in talibus semper 30 consequentiam valere ex parte subiecti.

(AD 2.) Ad secundum patet per superius dicta,⁷ quia conceditur quod plures homines non totaliter disiuncti sed tantummodo particulariter sint unus homo.

⁹ est] ?? 2 litt. add. necnon del. E
| discursum] excusum E

17 ab] ad E

27 copulativo] sed add. E^c

⁶ Vel potius Aristoteles, *De interpretatione* 11, 21a8–34?

⁷ Videas supra, CONCL. 2.

- ⟨AD 3.) Ad tertium dicitur negando istam ‘Sortes et Plato sunt homo in communi’, quia ‘homo in communi’ nihil aliud est quam terminus universalis, sicut diffusius in tractatu *De suppositionibus*⁸ est declaratum. Et clarum est quod Sortes et Plato non sunt aliquis talis terminus. Et ad
- 5 probationem dicitur quod uterque istorum est homo, et etiam conceditur quod non uterque istorum est Sortes, nec uterque istorum est Plato, et sic de ceteris singularibus. Cum hoc tamen stat quod quilibet istorum sit homo singularis, quia iste terminus ‘homo singularis’ supponit confuse tantum. Et ideo concedendum est quod uterque istorum sit Sortes
- 10 vel Plato, et negandum est quod uterque istorum sit Sortes, et uterque istorum sit Plato. Et ad confirmationem dicitur quod Porphyrius intelligit per istam auctoritatem ‘collectionem logicalem speciei’. Que quidem collectio facit appellationem speciei, facit significationem, ita quod ista auctoritas ‘collectivum enim multorum in unam naturam species est’, stat
- 15 loco istius ‘species est appellative significativa multorum individuorum eiusdem speciei, scilicet consimilium formarum ultimarum’. Et ulterius dicitur concedendo quod in una significatione hoc quod dicitur ‘tota humana’ significat totam multitudinem hominum, sed ex hoc non sequitur quod plures homines totaliter disiuncti sint unus homo.
- 20 ⟨AD 4.) Ad ultimum patet per superius dicta, scilicet qualiter ista propositio sit intelligenda, quia Porphyrius ponit actum exercitum pro actu significato, sicut in questionis secunda distinctione satis fuit declaratum.⁹

| 25^{vb}

¹¹ confirmationem] conformatio[n]em *E* ¹³ collectio] que quidem *add. E* | facit appellationem] per appellativam *E* | ista] ?? 5 litt. *add. necnon del. E* ¹⁶ ultimarum] ultimatarum *E*

⁸ Thomas Manleveld videtur ibi referre ad tractatum eius *Tractatus de suppositionibus*.

⁹ Videas supra, DIST. 2.

⟨QUESTIO 26⟩

Consequenter queritur utrum
inferiora predicentur de superioribus.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Quia si sic, tunc ista propositio esset vera: ‘animal est homo’. Consequentia est de se nota. Falsitas consequentis declaratur, quia hec est falsa: ‘omne animal est homo’, et ista ‘animal est homo’ sibi equivalet; 5 igitur ista ‘animal est homo’ est falsa. Et quod ista sibi equivalet, probatur, et vocetur ista ‘omne animal est homo’ A et ista ‘animal est homo’ B. Tunc sic: quandocumque subiecta aliquarum duarum precise supponunt pro eisdem et 10 predicata similiter, si una istarum sit vera, et reliqua, et consimiliter, si una falsa, et reliqua; sed sic se habent A et B; igitur si A est falsum, B est falsum. Maior videtur de se nota. Minor declaratur, quia subiectum ipsius A supponit pro omni animali, et non pro alio ab animali, sicut de se notum est. Et subiectum ipsius B similiter supponit pro omni animali, 15 quia respectu copule supponit pro omni animali, igitur supponit pro omni animali et non supponit pro alio animali, igitur subiectum A et subiectum B precise supponunt pro eisdem. Et quod predicata supponunt pro eisdem satis patet.

⟨2.⟩ Item. Capiatur ista propositio mentalis ‘animal est homo’, et capiat 20 subiectum eius, tunc sic: istud subiectum pro quocumque supponit, pro isto naturaliter supponit, et quodcumque significat sive representat, istud naturaliter representat; igitur manente tali natura et manentibus omnibus rebus extra, non poterit A ⟨non⟩ supponere pro isto pro quo supponit, et per consequens, cum naturaliter supponit pro omni animali, 25 quia est naturale signum omnis animalis, non potest non supponere pro quolibet animali; igitur in ista propositione mentali ‘animal est homo’, subiectum supponit pro omni animali, igitur ipsa est falsa, sicut ista ‘omne animal est homo’.

⟨3.⟩ Item. Quandocumque alicui competit aliqua proprietas ex sua 30 natura per aliquod extrinsecum sibi additum, poterit ista proprietas ab

6 hec] hac E 10 subiecta] S E | duarum] presup add. E | supponunt] et add. E
13 Maior] di add. necnon del. E 16 respectu] proprie add. E 20 et] at E
28 supponit] pro animal add. necnon del. E

- eo removeri; sed ista proprietas, scilicet repre*(senta-)*|re omne competit alicui conceptui, scilicet subiecto istius propositionis mentalis ‘animal est homo’; igitur per hoc extrinsecum predicatum *homo* non poterit talis proprietas ab eo removeri. Maior videtur evidens, quia per nihil 5 extrinsecum additum speculo bene disposito potest fieri quin speculum representet suum obiectum sibi proportionabiliter et debito modo presentatum. Et minor patet de se, quia passiones anime non ex impositione sed naturaliter representant quidquid representant, sicud elicetur ab Aristotele, primo *Perihermeneias*.¹
- 10 ⟨4.⟩ Item. Porphyrius² dicit expresse quod omnia superiora predicanter de inferioribus; sed inferiora non predicanter de superioribus. Hoc idem patet per istam auctoritatem, capitulo de *specie*,³ quo dicit: ‘Oportet autem aequa de equis predicari, ut hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, ut animal de homine, minora de maioribus minime’ et sequitur: 15 ‘neque enim animal dicis esse hominem quemadmodum hominem dicis esse ⟨animal⟩’.

⟨AD OPPOSITUM 1.⟩ Ad oppositum arguitur: si inferiora non predicanter de superioribus, tunc non semper universalis affirmativa convertitur per accidens. Falsitas consequentis patet per Aristotelem, primo *Priorum*.⁴ Consequentia declaratur, quia ista propositio ‘omnis homo est animal’ convertitur sic per accidens: ‘aliquod animal est homo’, in qua inferius predicanter de suo superiori; igitur, si omnis talis propositio esset falsa, sequeretur quod predicta conversio non valeret.

⟨AD OPPOSITUM 2.⟩ Item. Si hec sit falsa: ‘aliquod animal est homo’, 25 igitur sua contradictoria erit vera, ista scilicet: ‘nullum animal est homo’. Tunc sic: ‘nullum animal est homo; omne risibile est animal; ergo nullum risibile est homo’. Consequentia falsa, sicut de se notum est, et non minor,

15 quemadmodum] dicis *add. necnon del. E* 16 animal] hominem *E*

1 Aristoteles, *De interpretatione* 1, 16a6–8.

2 *Isagoge*, II, 13 (7, 2–4): ‘(...) genus quidem semper de specie praedicatur et omnia superiora de inferioribus, species autem neque de proximo sibi genere neque de superioribus (...)’

3 *Isagoge*, II, 13 (7, 4–8): ‘Oportet autem aequa de aequis praedicari, ut hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, ut animal de homine, minora vero de maioribus minime; neque enim animal dicis esse hominem, quemadmodum hominem dicis esse animal’.

4 Aristoteles, *Analytica priora*, A3, 25a7–10. *Auctoritates* 308 (6): ‘Universalis affirmativa convertitur in particularem affirmativam.’ (Aristoteles, *Analytica priora*, A3, 25a7–10).

igitur maior, et per consequens hec est falsa: ‘nullum animal est homo’, igitur hec est vera: ‘aliquod animal est homo’. Igitur inferius predicatur de suo superiori.

⟨AD OPPOSITUM 3.⟩ Item. ‘Omne animal preter animal irrationale est homo.’ Ista propositio est vera, quia sue exponentes sunt vere, scilicet iste: ‘omne animal aliud ab irrationali est homo’ et ‘nullum animal irrationale est homo’. Et in ista exceptiva inferius predicatur de suo superiori, 5 igitur etcetera.

⟨DISTINCTIO⟩ Distinctio premittenda in ista questione est ista, quod ‘predicare’ accipitur dupliciter, scilicet large et stricte. Large extendit se ad omnem predicationem, sive negativam, sive veram, sive falsam, 10 sive universalem, sive particularem, sive indefinitam, sive singularem. | Stricte accipitur tantummodo pro predicatione affirmativa vera, ita quod convertitur cum isto termino ‘verificare de aliquo’.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod large accipiendo ‘predicari’ quilibet terminus de quolibet termino predicatur vel saltem est 15 predicable, nam quilibet terminus respectu alterius termini potest esse predicatum in propositione, igitur quilibet terminus de quolibet termino est predicable. Consequentia est de se nota. Et antecedens patet inductive. Nam iste terminus ‘asinus’ respectu cuiuscumque alterius terminus 20 potest esse predicatum tam vere quam false, quia negative vere et affirmative false, sicut patet in talibus propositionibus ‘nullus homo est asinus’, in qua ‘asinus’ predicatur de ‘homine’ negative et vere, et ‘omnis homo est asinus’, in qua ‘asinus’ predicatur de ‘homine’ affirmative et false.

Ex ista conclusione correlarie sequitur quod isto modo accipitur non 25 tantum superiora de inferioribus predicari, verum etiam inferiora de superioribus predicari, tam universaliter quam non-universaliter, sicut patet de ista propositione ‘omne animal est homo’, in qua inferius, sicut patet, predicatur de suo superiori universaliter, quamvis affirmative et false.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est quod inferius predicatur de suo superiori; quod quidem superius stat confuse et distributive, sicut patet in ista propositione ‘animal est homo’, cuius subiectum respectu istius copule ‘est’ supponit confuse et distributive, quia non maiori ratione pro uno suo significato quam pro alio. 30 35

¹² sive] in add. E ²⁴ est] h add. necnon del. E ²⁶ inferioribus] verum add. necnon del. E ²⁷ tam] quam E | non-universaliter] non sup. lin. E

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista quod accipiendo ‘predicari’ pro ‘affirmative de aliquo verificari’, sicut accipit communiter Porphirius predicari, (inferius predicitur de suo suoeriori), sicut patet in ista propositione ‘animal est homo’ in qua inferius affirmative verificatur de suo superiori, sicut plane probant argumenta quedam superius posita ad principale.⁵

- 〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est quod nullum inferius predicitur de suo superiori universaliter, hoc est: nullum inferius predicitur de suo superiori stante confuse et distributive respectu talis inferioris.
- 10 Ista conclusio patet inductive. Unde quamvis in ista propositione ‘animal est homo’ subiectum supponit confuse et distributive mobiliter respectu istius copule ‘est’, non tamen respectu predicati, respectu cuius, si artaretur, stare(t) confuse et distributive, per additum alicuius signi universalis communis omnibus suppositis termini distributi, statim redderetur
 15 | propositio falsa, sicut patet in ista propositione ‘animal est homo’. Et 26^{va}
 dico significanter ‘signi universalis communis omnibus suppositis termini distributi’ ad excludendum signa universalia que non artant terminum stare pro omnibus suis suppositis, cuiusmodi est hoc signum ‘uterque’, quia respectu istius signi inferius predicitur de suo superiori universaliter
 20 sicud patet in ista propositione ‘utrumque animal istorum animalium est homo’, demonstratis duobus hominibus.

- 〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista quod aliue due propositiones possunt sic se habere quod subiecta earum precise supponunt pro eisdem, et predicata similiter, quarum tamen una esset vera et reliqua
 25 esset falsa, sicut declaratur de ipsis propositionibus ‘animal est homo’ et ‘omne animal est homo’, quarum subiecta precise supponunt pro eisdem, et predicata similiter, ut patet ex dictis,⁶ et tamen una est vera, et reliqua falsa.

- 〈AD 1.〉 Ad primum principale dicitur negando istam consequentiam:
 30 ‘hec est falsa “omne animal est homo”, igitur hec est falsa “animal est homo”’. Et negatur quod iste equivalent. Et ad probationem dicitur negando istam ‘quandocumque aliue propositiones sic se habent quod

² accipit] Po add. necnon del. E 3 sicut] sicut †ex ... bus† E 8 superiori] suo add. necnon del. E 12–13 artaretur] talern confu add. necnon del. E 16 significanter] significantis E 20 utrumque animal] utrumque animal iter. E

⁵ Videas supra 1., 2., 3.

⁶ Videas supra, CONCL. 4.

subiecta earum precise supponunt pro eisdem, et predicata similiter, etcetera¹, quia oportet addere quod ista subiecta respectu cuiuscumque predicati positi in talibus propositionibus supponant precise pro eisdem, quod non est verum in proposito, quia quamvis subiectum istius ‘animal est homo’ respectu copule supponat pro omni animali, non tamen ⁵ respectu predicati, respectu cuius subiectum istius ‘omne animal est homo’ artatur per signum universale sibi additum ad supponendum pro omni animali.

(AD 2.) Ad secundum dicitur negando istam consequentiam ‘hoc subiectum pro quocumque supponit, naturaliter supponit, igitur manente tali natura et manentibus rebus extra non potest non supponere pro illis pro quibus supponit’, quia talis consequentia precipue in materia de representatione non valet, quia, sicut in representationibus de sensibus ratione appositorum sive diverse positionis diversorum variantur representations, ut patet in questione de ista materia super secundum *De anima*,⁷ ita etiam in representationibus intellectualibus ratione aliquorum extrinsece appositorum sumuntur diverse representationes ¹⁰ respectu | diversorum. Et ideo dico quod, quamvis conceptus animalis respectu copule representaret intellectui omne animal, apposito tamen conceptui hominis, non representabit intellectui respectu eiusdem conceptus *omne animal*, sed tantummodo *omne animal rationale*.^{26vb}

(AD 3.) Ad tertium negando argumentum precipue in ista materia, quia conceptus animalis naturaliter representat omne animal. Si sibi tamen additur ista differentia mentalis *rationalis*, representabit animal rationale. Et ulterius ad exemplum dicitur quod, quamvis speculum ²⁵ naturaliter representat aliquod obiectum, tamen per aliquod extrinsecum sibi additum posset fieri quod non representat istud obiectum totaliter, sed tantummodo partialiter, sicut alibi diffusius patet.⁸

(AD 4.) Ad ultimum, scilicet ad dictum Porphirii, qualiter sit intelligendum, satis patet per predicta. ³⁰

¹² precipue] presipue *E* | in] ?? 2 litt. add. necnon del. et exp. *E* 13–14 sensibus] sensibusbus *E* 15 materia] de add. necnon del. *E* 18 respectu] respondatur(?) *eadem manu* add. mg. *E* 26 naturaliter] ?? 5 litt. add. necnon del. *E*

⁷ Thomas Manlevelt videtur referre ad commentarium eius *Questiones super De anima*. Textum invenire non potui.

⁸ Locus non inventus. Fortasse Thomas Manlevelt ibi refert ad commentarium eius *Questiones super Predicamenta*.

⟨QUESTIO 27⟩

Consequenter queritur utrum species sit pars generis.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nullum genus componitur ex speciebus; igitur species non ⟨est⟩ pars generis. Consequentia videtur evidens, quia totum componitur ex partibus. Et antecedens declaratur, quia, si aliquod genus componeretur ex speciebus, cum non maior ratio sit de uno quam de reliquo, sequeretur quod hoc genus *animal* componitur ex speciebus. Consequentia nota. Et falsitas consequentis declaratur, quia, cum hoc genus *animal* sit species 10 subalterna, sequeretur quod aliqua species componeretur ex speciebus, quod est contra Porfirium,¹ qui dicit: ‘species vero ex specie non componitur’.

⟨2.⟩ Item. Pari ratione qua species esset pars generis, individuum esset pars speciei. Et per consequens omnia individua speciei hominis essent pars eiusdem, et cum omnis partes simul sumpte sint suum totum, sequeretur quod omnia individua speciei hominis sive speciei humane essent species humana. Tunc sic: omnis species predicator de pluribus differentibus numero in eo quod quid; omnia individua speciei humane sunt species; igitur omnia individua speciei humane predicanter de pluribus. Conclusio falsa, sicut patet per Porfirium,² qui dicit quod individuum predicator de uno solo, et non de pluribus. Et non maior, igitur minor, scilicet ista quod omnia individua speciei humane sunt species; igitur istud ex quo sequitur, est falsum, scilicet quod individuum sit pars speciei.

⟨3.⟩ Item. Si individuum esset pars speciei, vel species pars | generis, sequeretur quod ista consequentia esset vera: ‘homo non est, 27^{ra} 15 igitur animal non est’, et ista similiter: ‘Adam non est, igitur homo non est’. Consequentia videtur evidens, quia ad negationem partis sequitur negatio totius, sicut sequitur ‘fundamentum non est, igitur domus non est’. Falsitas consequentis declaratur, quia oppositum consequentis potest stare

15 cum] con E | sint] sunt E 17 omnis] omne E 20 pluribus] et esse add. necnon del. E

1 *Isagoge*, XVI, 4 (19, 1–2): ‘(...) species vero speciei non componitur (...)’

2 *Isagoge*, II, 14 (7, 19): ‘(...) individuum autem de uno solo particulari’.

cum antecedente, sicut ista possunt simul stare: ‘omne animal est’ et ‘nullus homo est’; similiter ista possunt simul stare: ‘omnis homo est’, et ‘Adam non est’. Et si dicatur quod Adam non est pars speciei quia non est in rerum natura, hoc non potest valere, quia capiatur aliquod individuum quod est, tunc demonstrando tale individuum adhuc ista consequentia non valet: ‘iste homo non est, igitur homo non est’, quia oppositum consequentis staret cum antecedente, et per consequens poterit stare sicut cum iste homo fuerit corruptus. Tunc antecedens erit verum et consequens falsum.

〈AD OPPOSITUM〉 Ad oppositum est Porphyrius,³ qui dicit: ‘totum enim 10 quiddam est genus, individuum autem pars, species vero et totum et pars, sed pars quidem alterius, totum autem non alterius, sed aliis; partibus enim totum est.’

〈DISTINCTIO〉 In ista questione distinctio est ista quod ‘totum’ et ‘pars’ dicuntur multipliciter, nam quoddam est 〈totum〉 integrale, et 〈quoddam〉 est totum universale 〈vel subiectivum, et quoddam est totum essentiale〉, et similiter quedam est pars integralis, et quedam pars universalis vel subiectiva, et quedam est pars essentialis.

‘Pars vero essentialis’ dicitur ista, que cum aliquo componit aliquod totum essentiale, quod non excedit in quantitate talem partem essentiam. Unde pars essentialis addita parti essentiali non facit totum maius quantitative, vel remota non facit totum minus, sicut patet de forma niville, que separata ab nivilla non diminuit quantitatem niville. Consimiliter forma adveniens materie non facit totam magis extensem quam sit ipsa materia vel ipsa forma.

‘Pars vero integralis’ vocatur ista ex qua cum aliis partibus integralibus integratur totum componens. Que quidem pars addita parti facit unum totum integrale maius quantitative aliqua sua parte, sicut pes vel manus 27^{tb} facit ipsum | totum cui additur maius quantitate. Et talis pars integralis adhuc subdividitur, quia: quedam est pars continuativa, et quedam aggregativa, et quedam multiplicativa, et quedam ordinativa, et sic de aliis.

¹⁵ multipliciter] dupliciter *E* | et] vel *E* ¹⁶ totum] in *add. necnon del.* *E* ²³ diminiuit] deminuit *E* ³² aliis] aliis *mg. E*

³ *Isagoge*, II, 16 (8, 1–3): ‘Totum enim quiddam est genus, individuum autem pars, species vero et totum et pars, sed pars quidem alterius, totum autem non alterius, sed aliis; partibus enim totum est.’

'Pars vero subiectiva' accipitur potius in logica, et dicitur semper 'inferius respectu sui superioris', quia subicitur in propositione in qua fit predicatione directa, et quia significat partem sui totius significati per suum superius, sicut *homo* significat aliquid quod *animal* significat, et non 5 significat istud quod *animal* significat, et ideo dicitur 'pars subiectiva' respectu animalis et 'totum universale' respectu Sortis et Platonis et de aliis individuis.

(CONCLUSIO PRIMA) Prima conclusio est ista quod aliqua species est pars integralis generis. Ista declaratur, quia hoc genus compositum *corpus animal* componitur ex genere et specie tamquam ex partibus integralibus, et quod hoc compositum sit genus, probatur, quia predicator de pluribus specie differentibus in eo quod quid. Quia, si queratur quid sit homo, convenienter respondetur quod sit corpus animal; et consimiliter, si queratur quid sit asinus, convenienter respondetur quod sit 15 corpus animal; igitur hoc compositum *corpus animal* predicator de pluribus specie differentibus in eo quod quid, igitur est genus. Et quod ibi non sit improprietas loquendi impermissibilis patet per grammaticos, qui ponunt quod duo substantiva possunt in mente copulari, quando istud quod est communius istorum precedit, et reliquum sequitur tam- 20 quam determinativum precedentis.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod aliquod genus est pars integralis speciei specialissime. Ista statim patet, quia hoc genus *animal* est pars integralis istius speciei specialissime *animal homo*. Et quod compositum *animal homo* sit species, probatur, quia predicator de pluribus differentibus numero in eo quod quid. Nam, si queratur, quid sit Sortes, convenienter respondetur quod sit animal homo, et consimiliter si queratur, quid sit Plato, etcetera.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est: nullum genus absolutum componitur, tamquam ex partibus integralibus, ex pluribus speciebus 30 absolutis precipue | eque communibus. Ista conclusio patet inductive, ^{27^{va} discurrendo per quodlibet genus.}

(CONCLUSIO QUARTA) Quarta conclusio est quod nulla species specialissima componitur, tamquam ex partibus integralibus, ex pluribus speciebus specialissimis absolutis. Ista conclusio videtur etiam patere 35 inductive discurrendo per singulas species specialissimas.

² subicitur] subiciatur *E* ¹⁷ impermissibilis] pars *add. necnon del. E* ¹⁸ ponunt] posita *E* ²⁴ quod] quid *E* ³⁰ absolutis] absolutus *E* | eque] eque *iter. E*

Et si instetur de isto composito *Sortes vel Plato* quod videtur predicari de pluribus numero differentibus in eo quod quid, quia, si queratur ‘quid est iste homo?’ convenienter respondetur quod sit *Sortes vel Plato*, quia per talem responsionem posset dubium querentis removeri, *ad hoc dicitur duplíciter*: primo quod hoc compositum *Sortes vel Plato* non 5 predicator de pluribus univoce quoad hoc quod aliquod sit species, quia de Sorte predicator mediante conceptu *Sortis*, et de Platone predicator mediante conceptu *Platonis*. Secundo dicitur quod non predicator in quid diffinitive, quod requiritur ad hoc quod aliquod sit species vel genus.

10

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod aliquod species specialissima componitur, tamquam ex partibus integralibus, ex pluribus speciebus *(specialissimis)* non-absolutis. Ista declaratur, quia: capiatur hoc compositum *album musicum*, quod videtur esse species specialissima quia predicator de pluribus numero differentibus in eo quod quid, 15 vel saltem est predicable de individuis que possunt imponi connotative ad taliter significandum individua qualiter hec species *album musicum* connotative significat, igitur aliqua species specialissima componitur ex pluribus speciebus specialissimis connotativis.

15

(CONCLUSIO SEXTA) Sexta conclusio est quod species est pars subiectiva generis et individuum speciei, quia sunt per se inferiora ad genus et ad speciem. Et patet totum de se.

20

(CONCLUSIO SEPTIMA) Septima conclusio est quod aliqua species est pars essentialis generis, sicut istius generis mentalis *corpus* aliqua species mentalis est pars essentialis, sicut ista species *animal*, que est species 25 subalterna, quia ipsa cum aliqua sua parte componit unum terminum totum, quod non excedit quantitative aliquam suam partem, et tales partes, sicut declaratum fuit in distinctione, vocantur ad presens essentiales, quamvis non ita proprie sicut materia et forma.

25

27^{vb} Ex ipsis conclusionibus possunt alie elici quas causa brevitatis | inge- 30 niosis relinqu.

30

(AD 1.) Ad primum principale dicitur negando antecedens. Et ad probationem dicitur concedendo quod hoc genus *animal* componitur, tamquam ex partibus integralibus, ex pluribus speciebus, quia quelibet littera est una species quantitativa, sicut hec littera *a* que significat univoce et 35

13 quia] hoc add. necnon del. E 17 individua] indivisibilia E 18 significat]
appellative add. E 24 corpus] ‘animal’ add. E

appellative omnes tales figuræ. Et ad Porfirium dicitur quod intelligit quod nulla species specialissima mere absoluta componitur ex pluribus speciebus specialissimis mere absolutis.

⟨AD 2.⟩ Ad secundum conceditur quod individuum sit pars speciei.

- 5 Et ulterius conceditur quod omnia individua speciei humane sint partes speciei humane, non integrales, sed subiective. Et de talibus partibus subiectivis non oportet concedere quod omnes partes simul sumpte sint earum totum universale, quamvis posset concedi quod omnes tales partes simul sumpte essent earum totum aggregationum vel multitudinum
- 10 quia sunt una multitudo. Verumtamen accipiendo ‘speciem’ sive ‘naturam humanam’ in alia significatione quam logici communiter accipiunt, posset concedi quod omnia individua humana sint una natura humana, et una species humana, secundum quod theologi loquuntur, quando dicunt quod ‘Christus redemit totam naturam humanam’, ‘primus parens
- 15 infecit totam speciem humanam’, sed talis locutio non est in logica consueta.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur negando istam consequentiam: si species esset pars generis, et individuum pars speciei, tunc ista consequentia esset bona: ‘homo non est, igitur animal non est’, quia arguendo *a parte*

- 20 *subiectiva ad suum totum destructive* non valet. Non oportet quod valeat, sed intelligitur de parte integrali ad suum totum, sive de nomine partis integralis ad nomen totius integralis.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Et qualiter Porphirius debeat intelligi, patet per predicta.

8 posset] cu *add. necnon del. E*

⟨QUESTIO 28⟩

Consequenter queritur utrum aliquid differat a seipso.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic.

28^{ra} Sortes differt | a se puero; igitur Sortes differt a seipso. Ista consequentia apparent evidens, quia arguitur *ab inferiori ad superius*. Et quod sic 5 arguitur, patet quia: quidquid est Sortes puer, est Sortes, et non quidquid est Sortes, est Sortes puer; igitur Sortes est superius, etcetera. Et antecedens patet per textum¹ quo dicitur quod Sortes differt a se, vel puer, vel iam viro.

⟨2.⟩ Item. Totus Sortes differt a Sorte, et totus Sortes est Sortes; igitur 10 Sortes differt a seipso. Maior probatur quia: quelibet pars Sortis differt a Sorte, igitur totus Sortes differt a Sorte. Et minor declaratur quia: totus Sortes est aliquid, et non est aliquid ⟨aliud⟩ a Sorte; igitur, totus Sortes est Sortes.

⟨3.⟩ Item. De quocumque verificatur unum contradictiorum, differt 15 ab ipso de quo verificatur alterum contradictiorum; sed de Sorte verificatur unum contradictiorum, et de eodem verificatur alterum contradictiorum; igitur, Sortes differt a seipso. Maior videtur de se nota, quia contradictoria non possunt competere eidem precipue sine aliqua differentia. Et minor declaratur, quia hec est vera: Sortes erit 20 quando nihil erit Sortes. Tunc sic: quandocumque Sortes erit, Sortes erit aliquid; sed Sortes erit quando nihil erit Sortes; igitur Sortes erit aliquid quando nihil erit Sortes. Tunc sic: Sortes erit aliquid, quando nihil erit Sortes; igitur Sortes erit aliquid; igitur Sortes erit aliquid, quando Sortes non erit aliquid. Et quod Sortes erit, quando nihil erit Sortes, probatur 25 quia: iste partes erunt, quando nihil erit Sortes; iste partes sunt Sortes; igitur Sortes erit, quando nihil erit Sortes. Et si ponatur aliqua instantia vel cautela de partibus Sortis, capiantur partes ligni, et arguitur sicut prius, igitur de Sorte verificatur unum contradictiorum, et de Sorte verificatur reliquum contradictiorum, igitur Sortes differt a se ipso. 30 Item, hoc lignum erit quando non erit hoc lignum, igitur etcetetra. Et arguatur sicut prius.

28 cautela] cautelia *E* | ligni] lingni *E*

1 Isagoge, III, 1 (8, 10–12): ‘Differt enim Socrates (...) a se vel puer vel iam viro (...’)

⟨AD OPPOSITUM 1.) Ad oppositum arguitur: si sic, sequeretur quod contradictoria sibi invicem contradictoria respectu illius significati respectu cuius sunt contradictoria, essent simul vera. Sed hoc est impossibile, sicut patet per Aristotelem in *Postpredicamentis*, capitulo de *oppositis*,² et 5 quarto *Metaphysice*.³ Et consequentia patet quia: de quibuscumque differentibus verificantur contradictoria, sicut patet discurrendo per singula differentia. Si igitur | ⟨aliquid⟩ differant a seipso, de eodem verificantur contra(dicto)ria. Et per consequens contradictoria essent simul vera. 28^{rb}

⟨AD OPPOSITUM 2.) Item. Omnis differentia vel est realis, vel rationis; 10 sed idem non differt a se realiter, sicut probatum est, nec per rationem, quia ratio non facit identitatem, vel differentiam in rebus extra, sicut patet de se; igitur nihil differt a seipso.

⟨DISTINCTIO) Distinctio est quod ‘aliquid differre ab alio’ potest intelligi dupliciter, scilicet primo, vel non primo sed secundum partem. Primo 15 quando aliquod totum differt ab isto a quo differt secundum se et secundum quodlibet sui partem, sicut Sortes differt a Platone. Non primo sed secundum partem quando aliquid differt ab aliquo a quo differt secundum aliquam sui partem, et secundum quamlibet sui partem ab isto non differt, sicut Sortes differt a sua manu dextera secundum suam manum 20 sinistram, vel pedem, et non differt a sua manu dextera secundum suam manum dexteram. Et istum modum loquendi sive istam distinctionem possumus elicere ab Aristotele, primo *Physicorum*,⁴ ubi loquitur de identitate totius et partis, et de differentia. Potest etiam quodammodo elici ab Aristotele, quarto *Physicorum*,⁵ ubi vult quod idem sit in se ipso, non 25 primo et per se, sed secundum partem, sicut amphora vini secundum vinum est in amphora vini, non secundum amphoram.

7 verificantur] de add. necnon exp. E 11 identitatem] ad add. necnon del. E
13 differre] aliquid add. E 23 partis] ed add. necnon del. E

2 Aristoteles, *Predicamenta*, 11, 14a11–14: ‘si Socratem sanum esse et Socratem aegrotare contrarium est, et non contingit simul eidem utraque inesse, numquam contingit, cum alterum contrarium sit, reliquum esse; nam cum sit sanum esse Socratem, non erit aegrotare Socratem.’ – tr. Boethii.

3 Aristoteles, *Metaphysica* IV, 3, 1005b29–30: ‘contraria vero est opinio opinioni que contradictionis, palam quod impossibile simul existimare eundem esse et non esse idem’. – recensio Guillelmi.

4 Cf. Aristoteles, *Physica* I, 1, 184a24–25; 6, 189a22–25.

5 Aristoteles, *Physica* IV, 3, 210a31–34: ‘Amphora quidem igitur non erit in se ipsa, neque vinum; vini autem amphora erit; quodque namque est et in quo est, utraque eidem partes sunt. Sic quidem igitur contingit idem aliquid in se ipso esse, primum autem non contingit’ – tr. veterus.

〈CONCLUSIO PRIMA〉 Prima conclusio est ista, quod nihil differt ab aliquo. Que probatur sic: omne quod est, est aliquid; igitur nihil differt ab aliquo. Antecedens est de se notum. Et consequentia declaratur, quia oppositum consequentis non potest stare cum antecedente, scilicet quod aliquid differt ab aliquo, et quod omne quod est, sit aliquid. Nam sequitur: aliquid differt ab aliquo, igitur aliquid est et istud non est aliquid. Ista consequentia patet, quia arguitur *ab exposita ad exponentes*. Sed ista sunt manifeste contradictoria: ‘omne quod est, est aliquid’, et ‘aliquid non est aliquid’, 5 igitur nullo modo stant simul.

〈CONCLUSIO SECUNDA〉 Secunda conclusio est quod nihil differt ab alio. Que declaratur sic: nihil differt a seipso; omne quod est, est aliud; 10 igitur nihil differt ab alio. Ista consequentia patet, quia omne quod est, est aliquid.

Item, si aliquid differat ab alio – sit, gratia exempli, istud: Sortes – ,
28^{va} tunc sic inducitur: Sortes differt ab alio; | igitur Sortes differt ab hoc alio, 15 et Sortes differt ab hoc alio, et sic de singulis. Consequentia patet, quia arguitur *a termino stante confuse et distributive ad eius supposita pro quibus distribuitur*. Et falsitas consequentis declaratur, quia sic sequeretur quod Sortes differt ab hoc alio demonstrato Sorte, et Sortes sit aliud. Patet, quia Sortes est aliud a Platone, 20 igitur Sortes est aliud.

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est quod nihil quod est, differt ab aliquo, et quod omne quod est, ab alio differt. Et patet ista conclusio inductive, quia hoc quod est, ab alio differt, et hoc quod est, ab alio differt, et sic de singulis. Similiter hoc quod est, non differt ab aliquo et hoc quod est, non differt ab aliquo, et sic de singulis. 25

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est quod nihil differt a se. Et patet inductive.

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est quod omne quod est, differt a se quod non est. Que probatur sic: omne quod est, est, et nihil quod est, est ipsummet quod non est; igitur omne quod est, differt a se quod non est. Ista conclusio patet, quia arguitur *ab exponentibus ad expositam*. 30

Ex ista conclusione eliciuntur quasi correlarie multe conclusiones speciales, utpote quod omne quiescens differt a se currente, quia omne quiescens est et non est ipsum currens; omnis stans differt a se sedente; omnis puer differt a se sene; omne senex differt a se puero; et generaliter: omne ens differt a non ente, et omnis terminus cum alio termino a quo vere negatur, vere predicatur de seipso mediante hoc verbo ‘differt’, sicut 35

14 differat] differaret (*sic*) E

si ‘senex’ vere negatur a Sorte, tunc hoc est vera: Sortes differt a Sorte sene, et sic de quocumque alio termino qui vere de Sorte negatur.

(AD 1.) Ad primum igitur principale dicitur negando consequentiam: ‘Sortes differt a se puer, igitur Sortes differt a se’. Et ad probationem: 5 quod, quamvis arguitur *ab inferiori ad superius*, hoc tamen est mediante verbo includente negationem, proposito inferiori et superiori. Et ita arguitur *ab inferiore ad superius* cum distributione negative, quam consequentiam non oportet valere.

(AD 2.) Ad secundum dicitur quod ibi committitur *fallacia equivocationis*, quia in maiori iste terminus ‘totus’ accipiter syncategorematicae, et in minori categorematicae. Et sic equivocatur, nam in maiori stat loco istius propositionis ‘quilibet pars Sortis differt a Sorte’, et in minori | stat loco istius ‘Sortes qui est omnes sue partes, vel Sortes compositus ex omnibus suis partibus, vel Sortes cui nihil pertinens ad eius essentiam deest, vel ad eius compositum esse etcetera, est Sortes’.

(AD 3.) Ad tertium dicitur negando maiorem, quia omne quod est, est istud de quo verificatur unum contradictiorum, et de quo verificatur reliquum contradictiorum, quia quodlibet contradictiorum est reliquum contradictiorum. Sed tunc ulterius ad propositum quo probatur 20 quod de Sorte verificantur contradictoria sibi invicem contradictoria, dicitur concedendo gratia forme quod Sortes erit quando nihil erit Sortes, et quod lignum erit quando nihil erit hoc lignum, idest: nullum unum ens unitate continuatatis, vel unitate essentie vel unitate aggregationis vel magnitudinis. Et ulterius dicitur negando istam uniformiter loquendo 25 ‘quando Sortes erit, Sortes erit aliquid’, precipue accipendo ly ‘aliquid’, sicut iam dictum est, pro aliquo uno continuative vel essentialiter.

Et per hoc patet quid sit dicendum ad hoc quod dicebatur.

(AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM) Argumenta vera ad oppositum concludunt verum, et ideo ad ista non est aliter *(dicendum)*.

6 proposito] proposito *E* 7 cum distributione] con distinctione *E* 14 pertinens] pertinnens *E* 21 gratia forme] ergo forte *E* 23 essentie] essentialis *E* | vel] non *E* 24 dicitur] ned add. *necnon del.* *E* 25 quando] quandoque *E*

⟨QUESTIO 29⟩

Consequenter queritur utrum aliqua
substantia differat ab alia separabili accidente.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nullo signo sive termino differt aliqua substantia ab alia; aliquod separabile accidens est signum sive terminus; igitur aliqua separabili accidente non differt una substantia ab alia, et non maiori ratione una separabili accidente non differt quam alia; igitur nullo separabili accidente una substantia differt ab alia. Maior videtur de se nota, quia nullo signo existente non magis vel minus different res inter se quam prius. Et minor patet, quia iste terminus ‘sedens’ est accidens separabile, sicut patet in textu.¹

⟨2.⟩ Item. Nulla substantia differt ab alia; igitur nulla substantia differt ab alia separabili accidente. Consequentia videtur evidens, quia arguitur *a superiori ad inferius distributive*. Et antecedens patet in proxima questione precedenti.²

⟨3.⟩ Item. Omne quod ab aliquo differt seipso vel sua parte ab eodem differt; igitur nulla substantia ab alia differt separabili accidente. Consequentia apparent evidens, quia nullum sensibile accidens est substantia vel pars substantie. Et antecedens declaratur, quia Sortes differt | a Platone seipso vel aliqua sua parte et non aliqua accidente, quia omni accidente Sortis remoto non minus adhuc Sortes differt a Platone, quia adhuc differt numero.

⟨4.⟩ Item. Si aliqua substantia ab aliqua alia differret separabili accidente, sequeretur quod tantum differret quantum tale accidens faceret differre; sed tale accidens facit differentiam specificam, sicut sedere Sortis differt a stare Platonis; igitur videtur quod, si Sortes differret a Platone ratione illius accidentis, tunc differret specie a Platone.

²⁰ differt] a Platone seipso *add. mg. E*; *idem textus invenitur initio f. 29^{ra}*. ^{26–27} sicut sedere Sortis differt a stare Platonis] sicut accedere Sortis differt a Platone Sortis *E*

¹ Sed non ad verbum. *Isagoge*, I, 6 (2, 22): ‘accidens ut album, nigrum, sedere’; V, 2 (13, 1): ‘dormire est separabile accidens’; VI, 2 (13, 18–20): ‘moveri (...) est accidens separabile’.

² Videas supra, Q. 28 CONCLUSIONES.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum videtur quod sit Porphyrius,³ qui vult quod aliquid differat a seipso vel ab alio alteritate quadam, et exemplificans de separabi- li
 accidente, sicut Sortes sedens differt a seipso stante per hoc separabile accidens quod est sedens, sicut patet in isto syllogismo: omne sedens differt a Sorte stante; Sortes est sedens; igitur Sortes differt a seipso stante. Hoc patet quia per hoc accidens separabile sedens probatur Sortes differre a Sorte stante.

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio est ista quod aliquid ab alio potest differre dupliciter: uno modo proprie et stricte, sicut Sortes differt a Platone per semetipsum et per eius partem; alio modo transsumptive, sicut dicimus quod Sortes si sit sedens differt a Platone stante per hoc separabile accidens, scilicet *sedens*, quod stat loco istius propositionis Sortes concluditur differre ab Platone syllogistice per hoc medium *sedens*, igitur Sortes differt a Platone ita quod ista propositio Sortes per hoc separabile accidens *sedens* differt a Platone. Et est distinguende penes amphiboliā: in sensu proprio falsa est; in sensu transsumptive secundum quod iam expositum est, est vera. Et ista distinctio in ista materia maxime est necessaria, quia Porphyrius et alii doctores in ista materia loquitur transsumptive potius quam proprie.

20 **⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩** Secunda distinctio ⟨est⟩ quod duplex est ‘separabile’, sive duplex est ‘separabile accidens’, scilicet *realis* et *logicalis*.

Realis est que fit ex parte rei alicuius accidentis in subiecto cui realiter inheret, sicud quando caliditas separatur a ligno, vel ab aliquo.

25 **Logicalis** est ista quando aliquis terminus accidentalis vere negatur a subiecto, sicut patet in ista propositione: ‘Sortes non est sedens’, posito quod Sortes | prius fuit sedens et nunc non sit sedens.

Et secundum hoc duplex est ‘separabile’, scilicet *reale* et *logicae*. *Reale*, quod realiter inheret alicui subiecto et potest non inherere manente subiecto. *Logicae*, quod affirmatur de aliquo subiecto et potest negari ab eodem subiecto significative sumpto. Et patet per exempla predicta.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est quod accipiendo ‘differentiam’ secundum quod Porphyrius accipit et etiam secundum quod logici

6 quia] qualibet E 22 subiecto] ex parte add. necnon del. E 23 a] subiecto add. necnon del. E | vel] a add. E 24 a] sa(?) add. E

3 Isagoge, III, 1 (8, 10–12): ‘Differt enim Socrates Platone alteritate, et ipse a se puer vel iam viro vel faciente aliquid vel quiescente et semper in aliquo modo habendi alteritatibus.’

acciunt, scilicet pro termino qui predicitur in quale, per quid tamquam per medium syllogisticum potest vere syllogisari aliquid ab alio differre, nihil aliud a termino ab alio differt per aliquam differentiam proprie accipiendo ‘differre’. Ista conclusio patet inductive, quia clarum est quod Sortes non differt a Platone proprie per aliquem terminum, quia nullo 5 termino assistente Sortes non minus differt a Platone.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod omne quod ab aliquo differt, ab eodem differt per accidentis separabile logicale accipiendo ‘differre’ transsumptive. Ista conclusio etiam patet inductive, quia omne quod ab alio differt, potest concludi ab eodem differre per aliquod 10 medium, quod est accidentis separabile. Et hoc precise verum est in materia naturali; quod dico propter personas in divinis in quibus forte ista conclusio non haberet locum. Sed captis quibuscumque duabus rebus naturalibus aliquis terminus sive aliquod accidentis separabile logicale de uno verificatur quod non verificatur de reliquo, sicut patet discurrendo 15 per singula, et per consequens tale accidentis potest esse medium concludendi unam istarum rerum ab alia differre.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est quod omnis differentia ab alio differt per differentiam proprie accipiendo ‘per aliquid differre’. Ista patet, quia omnis differentia proprie se ipsa ab alio differt, quia omne 20 quod est seipso a quacumque alia re a seipsa proprie differt.

(AD 1.) Ad primum igitur principale dicitur concedendo quod nulla substantia ab alia differt separabili accidente accipiendo proprie ‘differre’, et accipiendo ‘substantiam’ pro substantia que non est signum. Cum hoc tamen stat quod aliqua substantia ab alia differt separabili accidente, et 25 hoc transsumptive loquendo, sicut predictum est.⁴

(AD 2.) Ad secundum conceditur consequentia et consequens quantum est de virtute sermonis, sicut predictum est.⁵ Verumtamen secundum communem modum loquendi et secundum communem intellectum potest antecedens negari, quia per istam ‘nulla substantia differt ab alia’ intelligitur ita: ‘nulla substantia differt ab alia a se’.

(AD 3.) Ad tertium patet per predicta, quia argumentum concludit de ‘differre per aliquid’ proprie, et non transsumptive.

8 separabile] g add. necnon del. E 14 naturalibus] materialibus E

4 Videas supra, DIST. 1.

5 Videas supra, DIST. 1.

⟨AD 4.⟩ Ad quartum conceditur quod omne istud quod differt per aliquod accidens, | tantum differt quantum istud accidens ipsum facit differre, ut si *A* per aliquid differat a *B*, tunc *A* tantum differt a *B* quantum istud accidens facit ipsum *A* differre a *B*. Sed non sequitur: igitur *A* differt a *B* tantum quantum istud accidens facit differre, quia istud accidens facit seipsum ab alio differre specifice, quod non oportet de *A*, scilicet quod differat specifice a *B* per suum accidens. Sed de ista materia patebit infra.⁶

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Et Porfirius intelligit transsumptive ‘⟨differre⟩ per aliquid’ ad intellectum superius datum.⁷

⁷ infra] infra *mg. E* ⁸ Porfirius] po *add. necnon del. E*

⁶ Videas infra, q. 30, distinctiones.

⁷ Videas supra, DIST. 1.

〈QUESTIO 30〉

Consequenter queritur utrum aliquid
ab alio differat inseparabili accidente.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nihil ab alio differt per istud quo remoto non minus differt; sed huius- 5
modi est inseparabili accidente; igitur nihil ab alio differt inseparabili
accidente. Maior videtur de se nota. Et minor patet, quia quocumque
accidente Sortis circumscripto sive realiter, sive per intellectum, non
minus Sortes a quocumque alio differt.

⟨2.⟩ Item. Si aliquid ab alio differret inseparabili accidente, vel igitur 10
differret per tale accidens numero vel specie vel genere; sed nullum
istorum potest dici; igitur nullo modo differt. Maior est de se nota, quia
pluribus modis, ut videtur, ⟨aliquid⟩ ab alio potest differre, sicut potest
elici ab Aristotele, quinto *Metaphysice*.¹ Et minor declaratur, quia: quod
non differat numero per tale accidens, patet quia, sicut iam dictum est,² 15
remoto tali accidente vel circumscripto, adhuc differre⟨t⟩ numero. Nec
etiam specie, quia secundum Porfirium³ sola differentia specifica facit
se differre. Et secundum eundem intellectum inseparabile accidens est
differentia specifica.

⟨3.⟩ Item. De se patet quod nullum accidens facit Sortem differre 20
specie, et per consequens nec genere.

⟨AD OPPOSITUM 1.⟩ Ad oppositum est Porfirius,⁴ qui ponit quod aliquid
ab alio differt inseparabili accidente.

6 inseparabili] in *sup. lin. E* 13 aliquid] nihil E 18 inseparabile] in *sup. lin. E*

1 Aristoteles, *Metaphysica* v, 9, 1018a12–14: ‘Differentia vero dicuntur quecumque diversa sunt idem aliquid entia, et non solum numero sed aut specie aut genere aut proportione. Amplius quorum versum genus, et contraria, et quecumque habent in substantia diversitatem’ – rec. Guillelmi.

2 Videas supra, Q. 29 CONCL. 3.

3 *Isagoge*, III, 1 (8, 15–17): ‘Magis proprie differre alterum altero dicitur, quando specifica differentia distiterit (...)’

4 *Isagoge*, III, 1 (8, 12–13): ‘Proprie autem differre alterum altero dicitur, quando inseparabili accidenti altero differt.’

⟨AD OPPOSITUM 2.⟩ Item. Omne compositum ex aliquibus partibus ab aliquo differt per aliquam suam partem; sed aliquod aggregatum est compositum ex substantia et inseparabili accidente; ergo aliquod aggregatum ab isto differt per inseparabile accidentis. Tam maior quam
5 minor patet de se.

⟨AD OPPOSITUM 3.⟩ Item. Inseparabile accidentis ab alio differt seipso; igitur aliquid ab alio differt inseparabili accidente. Consequentia est de se nota. Et antecedens patet per dicta in precedentibus questionibus.⁵

⟨DISINCTIO PRIMA⟩ In ista questione primo premittitur distinctio de accidente reali et de accidente logicali, non quod sic differt, scilicet quod nullum accidens logicale | sit accidens reale scilicet realiter alicui subiecto inherens, sed quod accidens logicale accipiatur tantummodo pro termino qui accidentaliter predicitur, et reale pro re que accidentaliter inheret alicui subiecto, de quo plus dicitur capitulo de *accidente*.⁶

15 ⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secundo presupponitur distinctio de inseparabilitate logicali et reali, quia logicalis est ista qua non potest verificari per aliquam negationem, sicut dicimus quod propria passio est inseparabilis a suo subiecto, hoc est, non potest vere negari a suo subiecto primo; realis est que fit realiter sine aliqua propositione, scilicet quando due res
20 non possunt a se invicem dividi sive separari. De quo etiam diffusius dicetur in questionibus ⟨de⟩ accidente.⁷

⟨DISTINCTIO TERTIA⟩ Tertio presupponitur distinctio superius data de ‘differre per aliquid’ proprie et transsumptive.

⟨DISTINCTIO QUARTA⟩ Quarta superadditur ista distinctio quod aliquid ab alio potest differre tripliciter: uno modo primo et per se, quando scilicet aliquid ab alio differt secundum se et secundum quamlibet sui partem; alio modo non primo sed per se, scilicet quando aliquid ab alio differt secundum aliquam sui partem et non secundum quamlibet; tertio aliquid ab alio differt nec primo nec per se, sed tantum secundum 30 accidentis, quia tali ⟨modo⟩ ab eo differt secundum suum accidens.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima igitur conclusio est ista quod aliquid ab alio differt proprie, primo et per se inseparabili accidente. Ista statim

¹² accipiatur] lo(?) add. E ²¹ questionibus] pre(?) add. necnon del. E ²⁹ tantum] tantum sup. lin. E

⁵ Videas supra, QQ. 28–29.

⁶ Videas infra, Q. 42 DIST.

⁷ Videas infra, QQ. 42, 43–45.

patet, quia inseparabile accidens ab aliquo differt seipso et secundum quamlibet sui partem, igitur ab alio differt proprie, primo et per se.

〈CONCLUSIO SECUNDA〉 Secunda conclusio est ista quod aliquod individuum alicuius speciei ab alio individuo eiusdem speciei differt per accidentis. Ista patet, quia Sortes secundum accidens est alterius speciei a Platone, quia Sortem secundum suum accidens esse alterius speciei a Platone nihil aliud est quam accidens Sortis esse alterius speciei a Platone. Unde ista propositio: ‘Sortes secundum suum accidens, vel Sortes per accidentis est alterius speciei a Platone, vel specie differt a Platone’ debet sic exponi: ‘Sortes est, et accidens Sortis est alterius speciei a Platone’.⁵

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista quod aliquid ab alio differt transsumptive inseparabili accidente. Ista statim patet, quia aliquod accidens inseparabile logicaliter loquendo est medium syllogisticum concludendo aliquid ab alio differre, sic arguendo: omnis sciturus vel omne scitum differt a Platone aquilino; Sortes est sciturus; igitur Sortes differt a Platone aquilino. In isto syllogismo | hoc accidens inseparabile *sciturus vel scitum* est medium concludendi Sortem differre a Platone aquilino.¹⁰

Sed *hic instatur* de hoc quod dicitur, quod *scitum* est accidens inseparabile: nihil est accidens inseparabile quod vere a subiecto per negationem potest separari; sed *scitum* per negationem vere potest separari a subiecto; igitur etcetera. Maior videtur nota, quia ideo dicitur aliquod accidens inseparabile logicaliter, scilicet quia non potest a subiecto vere separari per negationem. Et minor patet, quia hec est vera: Plato aquilinus non est sciturus. *Ad istud breviter dicitur* quod accidens non dicitur ideo inseparabile quia non potest ab aliquo subiecto vere negari, sed quia ab aliquo subiecto significative sumpto tale accidens significative sumptum non potest vere negari. Et sic est de isto accidente *scitum*, quia, quamvis ab aliquo subiecto potest vere negari, tamen ab aliquo subiecto non potest vere negari. Et per hoc patet ad formam argumenti.²⁰

Et si dicatur quod si hoc accidens sit inseparabile, igitur est non separabile, igitur non-separabile, *dico* quod ista propositio ‘hoc accidens est inseparabile’ in communi locutione stat loco istius ‘hoc accidens ab aliquo subiecto est inseparabile’, et ideo, si cui placeat, potest distingui secundum amphiboliā, et dici in sensu propria et in sensu transsump-

⁴ speciei] se add. E ^{20–21} inseparabile] vel add. necnon del. E ²⁴ logicaliter] logice
E ²⁶ dicitur] ideo add. necnon del. E

tivo vera secundum quod iam declaratum.⁸ Et totum intelligitur cum constantia subiecti, scilicet quod aliquod accidens ab aliquo subiecto non potest vere negari, dummodo hoc verbum ‘est’ de eodem subiecto significative sumpto verificetur.

- 5 Hic possent diverse conclusiones de separabilitate et inseparabilitate accidentis poni, quas ad presens relinquo, quia infra ponentur detentius suo loco.⁹

(AD 1.) Ad primum igitur principale dicitur concedendo maiorem precise loquendo de omni modo differendi, sive per se, sive per accidens, 10 sive proprie, sive transsumptive. Et ulterius negatur minor, quia omni accidente circumscripto a Sorte, Sortes minus differt saltem per accidens a Platone quam prius, quia prius differebat a Platone secundum accidens, et nunc non. Et dicitur Sortem differre a Platone per suum accidens dupli causa, primo quia ipsum accidens Sortis differt a Platone, 15 secundo quia per suum accidens percipitur per se differre a Platone, quia accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quid est esse rei secundum Aristotelem, primo *De anima*.¹⁰

(AD 2.) Ad secundum dicitur quod aliquid per inseparabile accidens ab alio differt quia per accidens (differt) numero, specie et genere, sicut 20 Sortes suo accidente numero differt a Platone per accidens. Unde, quamvis circumscripto tali accidente | Sortes differret adhuc numero a Platone, hoc esset per se et non per accidens. Et consimiliter dicendum est de differentia sive de differre specie et genere, quia secundum tale accidens Sortes differt a Platone specie et genere, sicut predictum est, quo accidente circumscripto non taliter differret.

30^{rb}

(AD 3.) Ad tertium dicitur negando assumptum istud, scilicet: nullum accidens facit Sortem specie a Platone differre, quia secundum quod prehabitu est,¹¹ aliquod accidens facit Sortem specie differre a Platone per accidens et non per se, quamvis etiam Sortes specie differat a Platone 30 per se, sicut in proxima questione patebit.¹²

6 relinquo] relinco E | detentius] 2 litt. (?) add. necnon del. E

8 Videas supra, Q. 29 DIST. 1.

9 Videas infra, Q. 32 DIST.

10 Aristoteles, *De anima* 1, 1, 402b7–8. *Auctoritates* 174 (7): ‘Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quid est, id est definitio subjecti.’ (Aristoteles, *De anima*, A1, 402b7–8).

11 Videas supra, CONCL. 2.

12 Videas infra, Q. 31 CONCL. 11.

⟨AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM 1.⟩ Ad argumentum in oppositum sufficienter patet per predicta qualiter scilicet Porphyrius sit intelligendus.

⟨AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM 2.⟩ Ad secundum etiam patet, quia concedo quod aliquid per se ab alio differt per inseparabile accidentis, quia ipsummet inseparabile accidentis vel aliquod compositum ex ipso 5 inseparabili accidente et subiecto ab alio differt per se, et hoc secundum inseparabile accidentis.

Et si dicatur quod sic sequeretur quod accidentis inseparabile esset differentia per se, quod est contra Porphyrium in textu,¹³ qui dicit quod tantummodo differre specificē sit differre per se, ad istud breviter dicitur 10 quod Porphyrius vocat ibi differentiam per se sive specificam differentiam diffinitivam sive substantialem. Sed in proposito vocatur differre per se differre per se ipsa vel per suam partem, sive talis pars sit substantia sive accidentis.

⟨Ad argumenta in oppositum 3.⟩ Ad tertium patet per idem.

15

⁴ alio] differunt add. necnon del. E ¹⁰ sit] siat E

¹³ *Isagoge*, III, 1 (8, 15–17): ‘Magis proprie differre alterum altero dicitur, quando specifica differentia distiterit (...)’

⟨QUESTIO 31⟩

Consequenter queritur utrum differentia specifica
semper faceat aliquid ab alio differre specie.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Quia si sic, tunc sequeretur quod duo individua eiusdem speciei specialissime differentia specie, vel saltem specie different. Sed consequens, ut videtur, est falsum, igitur et antecedens. Et consequentia declaratur, quia: Sortes habet aliquam differentiam specificam quam non habet Plato, posito quod Sortes sit albus et Plato niger. Tunc Sortes est disgregativus visus et Plato non est disgregativus visus, et per consequens ista differentia specifica *disgregativus visus* competit Sorti et non Platoni. Et quod Sortes sit disgregativus visus tali casu posito probatur quia: omne album est disgregativum visus; Sortes est albus; igitur Sortes est disgregativus visus.

10 15 ⟨2.⟩ Item. Nullus terminus facit aliquam rem vel aliquod individuum reale ab alio specie differre; sed omnis differentia specifica est terminus; 30^{va} igitur nulla differentia specifica facit aliquod individuum ab alio specie differre. Maior videtur plana, quia nullo termino existente non minus | specie differunt ista que prius specie differebant, sicut nullo termino existente Sortes et asinus non minus specie different. Et minor declaratur quia: omne predicabile in quale est terminus; omnis differentia specifica est predicable in quale; ⟨ergo⟩ omnis differentia specifica est terminus. Maior istius adhuc patet, quia omne tale est aptum natum esse pars propositionis. Et minor patet per diffinitionem differentie.

20 25 ⟨3.⟩ Item. Si sic, tunc sequeretur quod ista differentia *mortale* faceret specie differre, et per consequens omne mortale ab immortali specie differret. Consequentia declaratur evidens, quia secundum Porfirium¹ *mortale* est differentia specifica. Et falsitas consequentis declaratur, quia, si sic, tunc sequeretur quod Sortes specie differret a sua forma, scilicet 30 ab anima intellectiva, cum Sortes sit mortalis et sua anima intellectiva sit

18 termino] accidente *add. necnon del. E*

27 Consequentia] di *add. necnon del. E*

22 est] 2 litt. *add. necnon del. E*

1 Isagoge, III, 8 (9, 24–10, 21).

immortalis, quia secundum Aristoteles, secundo *De anima*,² ipsa anima intellectiva est perpetua. Sed hoc consequens adhuc est falsum, quia, si Sortes specie differret a sua forma, cum omnis differentia specifica fieret per aliquam speciem sive per aliquam formam, sicut elicetur ab Aristotele, quinto *Metaphysice*,³ et septimo,⁴ sequeretur quod Sortes a sua forma differret per aliam formam, et pari ratione ab ista alia forma adhuc per aliam formam, et sic in infinitum. Quod de se patet esse falsum, quia secundum Aristotelem, primo *Posteriorum*⁵ et octavo *Physicorum*,⁶ in causis formalibus non est processus in infinitum.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphirius,⁷ qui dicit quod omnis differentia specifica facit aliud, idest: facit aliquid ab alio specie differre, alie vero differentie faciunt alteratum.

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Premissis distinctionibus in duabus questionibus immediate precedentibus presuppositis,⁸ apponitur adhuc una distinctio quod talis duplex est differentia specifica, scilicet formalis et materialis. Formalis que fit gratia alicuius forme; materialis que fit gratia alicuius materie. Formalis adhuc est duplex, nam quedam est substantialis, scilicet illa que est gratia alicuius forme substantialis, et quedam accidentalis, scilicet ista que fit gratia alicuius forme accidentalis. Accidentalis adhuc

3 cum] ab add. necnon del. E 11 alio] alio corr. mg. E a.m. 12 alie] differentie add. necnon del. E | differentie] differentie sup. lin. E 13 prima] cum(?) add. E
14 apponitur] una distinctio add. necnon del. et exp. E

2 Aristoteles, *De anima* II, 2, 413b26–27. *Auctoritates* 178 (52): ‘Intellectus separatur ab aliis potentiis animae sicut perpetuum a corruptibili’ (Aristoteles, *De anima*, B2, 413b26–27.) Cf. Aristoteles, *De anima* III, 5, 430a23; *Auctoritates* 187 (151): ‘Intellectus est immortalis et perpetuus’.

3 Aristoteles, *Metaphysica* V, 10, 1018b1–3: ‘Diversa vero specie dicuntur quecumque eiusdem generis existentia non sub invicem sunt et quecumque in eodem genere existentia differentiam habent, et quecumque in substantia contrarietatem habent’ – rec. Guillelmi.

4 Aristoteles, *Metaphysica* VII, 1030b5–7.

5 Aristoteles, *Analytica posteriora* I, 22, 82b38–39: ‘si enim est diffinire aut si notum est quod aliquod erat esse, infinita autem non est transire, necesse est finiri in eo quod quid est predicanter’ – tr. Iacobi. *Auctoritates* 317 (76): ‘Impossibile est infinita pertransire’ (Aristoteles, *Analytica posteriora*, A22, 82b38–39).

6 Aristoteles, *Physica* VIII.

7 *Isagoge*, III, 3 (8, 19–9, 1): ‘Differentiarum enim aliae quidem alteratum faciunt, aliae vero aliud. Illae quidem quae faciunt aliud, specificae vocantur, illae vero quae alteratum, simpliciter differentiae’.

8 Videas supra, Q. 29 DIST. 1–2, Q. 30 DIST. 1–4.

est duplex. Quia quedam fit per se, et quedam per accidens. Per se, sicut albedo, que est forma accidentalis, per se differt a nigredine; per accidens, sicut Sortes secundum suam albedinem a Platone nigro specie per accidens differt.

5 ⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod ‘species’ accipitur duplice quantum est ad presens: uno modo pro forma reali substantiali vel accidentalii, alio modo pro termino mentali, vocali vel scripto, qui quidem terminus est de pluribus predicabilis numero differentibus in eo quod quid.

- 10 ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod quecumque duo individua alicuius speciei specie differunt, differunt qualitercumque accipiatur | ‘species’. Ista conclusio probatur sic: quecumque duo individua alicuius speciei sunt et aliqua specie non sunt idem; igitur quecumque duo individua alicuius speciei differunt. Ista consequentia est plana,
15 quia arguitur *ab exponentibus ad expositam*. Et antecedens quantum ad primam particulam, scilicet quod quecumque duo individua alicuius speciei sunt, est de se notum. Et secunda particula, scilicet quod quecumque duo individua alicuius speciei aliqua specie non sunt idem, etiam patet, quia est una universalis cuius quelibet singularis est vera, et ideo
20 patet inductive. Nam quibuscumque duobus individuis alicuius speciei captis, ista aliqua specie non sunt idem, sicut Sortes et Plato aliqua specie non sunt idem, quia specie asinina non sunt idem, igitur aliqua specie non sunt idem. Ista consequentia patet, quia arguitur *ab inferiori ad superiorius* postposita negatione. Que consequentia semper valet precipue cum
25 substantia subiecti, sicut optime sequitur: aliquis homo non currit; et aliquid homo est; igitur aliquod animal non currit. Et consimiliter sequitur: Sortes et Plato specie asinina non sunt idem; et species *asina* est; igitur aliqua specie non sunt idem.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod nulla duo
30 individua alicuius speciei substantialis differunt specie substantiali. Ista consequentia statim patet, quia, si sic, sequeretur quod aliique duo individua alicuius speciei erunt, et non erunt idem specie. Consequentia patet, quia arguitur *a propositione ad suas exponentes*. Et falsitas consequentis patet, quia includit contradictionem, scilicet quod aliique duo individua
35 essent eiusdem specie substantialis, et ista eadem non essent eiusdem speciei substantialis.

19 quilibet] singulis (?) add. necnon del. E

30 specie] speciei add. E

20 alicuius] species add. necnon del. E

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista quod omne individuum specie ab alio differt. Et sequitur ex prima conclusione, quia omne individuum est, et specie cum alia non est idem.

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista quod nullum individuum ab alio differt specie. Ista declaratur, quia si sic, tunc sequeretur quod aliquod individuum esset et cum alio non esset idem specie. Quod videtur esse falsum, quia quocumque individuo accepto istud cum omni individuo est idem specie accidentaliter vel substantialiter, sicut Sortes est idem specie cum albedine, quia tam Sortes quam albedo sunt a parte dextra alicuius vel eque distantes ab aliquo vel eque propinqua alicui, et sic de aliis speciebus accidentalibus que quasi in infinitum possunt multiplicari, quia secundum Aristotelem, secundo *Perihermeneias*⁹ et primo *Physicorum*¹⁰ infinita uni accidentunt.

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista quod aliquod individuum ab alio individuo differt specie substantialiter. Ista statim patet quia Sortes ab albedine differt specie substantialiter, quia Sortes est et Sortes albedini non est idem aliqua specie substantialiter.

31^{ra} 〈CONCLUSIO SEXTA〉 Sexta conclusio est ista | quod nullo termino existente nulla sunt eiusdem speciei accipiendo ‘speciem’ pro termino. Ista statim patet quia tunc nulla continentur sub tali specie quia per 20 casum nulla talis species est.

〈CONCLUSIO SEPTIMA〉 Septima conclusio est ista quod accipiendo ‘speciem’ pro forma reali et non pro termino, aliqua sunt eiusdem speciei nullo termino existente. Ista conclusio patet, quia aliqua sunt eiusdem forme, utpote caput Sortis et pes Sortis, quia sunt eiusdem speciei sicut anime secundum communem opinionem que tenet quod anima intellectiva alicuius est in tota et in qualibet eius parte.

〈CONCLUSIO OCTAVA〉 Octava conclusio est ista quod eodem modo accipiendo ‘speciem’ nulla duo individua suppositionaliter discreta ita quod non sint partes alicuius alterius per se unius, sunt eiusdem speciei, 30 quia nulla talia duo individua sint eiusdem forme nec accidentalis nec substantialis, sicut de se patet, saltem secundum communem opinionem.

〈CONCLUSIO NONA〉 Nona conclusio est ista quod aliqua individua suppositionaliter discreta sunt earundem specierum, idest: consimilium

¹⁵ alio] aliquo E ¹⁹ existente] accistente E ²⁴ termino] 2 litt. add. necnon del. E
²⁷ in] de add. necnon del. et exp. E ²⁹ duo] dua E | discreta] ista add. necnon del. E

⁹ Aristoteles, *De interpretatione* 2. Locus non inventus.

¹⁰ Aristoteles, *Physica* i. Locus non inventus.

specierum ultimatarum, similitudine substantiali, quia anima Sortis et anima Platonis non possunt similiores esse quam sunt. Et ad istum intellectum conceditur communiter ista propositio: ‘Sortes et Plato sunt eiusdem speciei specialissime nullo termino existente’, que quidem proprie 5 falsa est de virtute sermonis sive in sensu proprio, sed vera est in sensu transsumptivo. Et est sensus ‘Sortes et Plato habent formas similes ultimata similitudine’, et hoc extendendo nomen ‘similitudinis’ ad substantialiam.

- 〈CONCLUSIO DECIMA〉** In isto igitur sensu transsumptivo sequuntur 10 aliique conclusiones, quarum una est ista, et est decima in ordine, quod aliqua duo individua que sunt eiusdem speciei specialissime, sunt diversarum specierum. Ista statim patet, quia aliqua duo individua que habent similissimas formas substantialias, habent dissimiles formas accidentales, sicut posito quod Sortes sit albus et Plato niger, tunc Sortes et 15 Plato habent similissimas formas substantialias, quia duas animas intellectualias, et per consequens transsumptive loquendo sunt eiusdem speciei specialissime substantialis, et habent albedinem et nigredinem que sunt diverse species accidentales, et per consequens sunt diversarum specierum accidentalium.
- 20 **〈CONCLUSIO UNDECIMA〉** Undecima conclusio est ista quod Sortes et Plato et quecumque alia individua substantialia composita ex materia et forma sunt per se alterius speciei substantialis non tamen primo, quia Sortes secundum | suam materiam que est sua pars essentialis, est alterius 31^{rb} speciei a Platone. Et patet totum.

- 25 **〈CONCLUSIO DUODECIMA〉** Duodecima conclusio est ista quod differentia specifica substantialis de qua loquitur Porphyrius, semper facit aliud, et hoc transsumptive loquendo ad istum intellectum quod talis differentia est medium concludendi aliqua duo esse differentium formarum substantialium, et per consequens quod talia duo habent dissimiles 30 formas substantialias, sicut sic arguendo: ‘nullum rationale est asinus; omnis homo est rationalis; igitur nullus homo est asinus’. In ista syllogismo hec differentia specifica *rationale* est medium vere concludendi hominem non esse asinum. Qui quidem homo et asinus habent dissimiles formas substantialias, nec aliqua talis differentia potest esse medium 35 concludendi diversitatem inter aliqua, nisi ista duo etiam habeant formas substantialias similes vel ultimatas similitudine substantialie. Et hoc

6 est] iste add. necnon del. E

21 ex] 1 litt. add. necnon del. E

32 hec] hec ex

horum(?) E

est quod Porphyrius vult dicere, scilicet quod differentia specifica semper facit aliud, et non tantum alteratum.

⟨AD 1.⟩ Ad primum principale dicitur concedendo consequens, quia non tantum duo individua eiusdem speciei specialissime aliqua specie accidentaliter differunt, sed etiam aliqua specie substantiali, sicut patet 5 per predicta.¹¹ Et etiam conceditur quod duo individua eiusdem speciei specialissime substantialis sunt diversarum specierum specialissimarum accidentalium, sicut prius declaratum est.¹²

⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur quod maior est falsa accipiendo ‘differre’ transsumptive, quia sic staret loco istius propositionis ‘nullus terminus est medium concludendi aliqua specie differre’, sed accipiendo ‘facere differre’ proprie, tunc bene posset concedi, sed sic non est ad propositum argumenti, nec etiam ad propositum Porphirii. 10

⟨AD 3.⟩ Ad tertium vere breviter dicitur concedendo conclusionem, scilicet quod Sortes specie differt a sua forma non primo, sed per se, quia secundum suam partem essentialiem, scilicet suam materiam. Et ulterius negatur quod omnis differentia specifica fit per aliquam speciem precise quia potest fieri etiam per materiam sicut Sortes specie differt a sua specie, per suam materiam et non per aliquam speciem substantialiem. Et 15 ideo Sortes materialiter differt sua forma specifica et non formaliter 20

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum, qualiter scilicet Porphyrius sit intelligendus, patet per superius dicta,¹³ quia vult dicere quod nulla differentia specifica substantialis erit medium vere concludendi aliqua differre nisi ista specie differant, idest: nisi habeant dissimiles formas substantiales substantialiter. 25

⁷ diversarum] sub add. necnon del. E

¹¹ Videas supra, CONCL. 8.

¹² Videas supra, CONCL. 10.

¹³ Videas supra, CONCL. 12.

⟨QUESTIO 32⟩

Consequenter queritur | utrum omne faciens
per se differre sit differentia specifica.

31^{va}

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Nullum proprium est differentia specifica; aliquod faciens per se differre est proprium; igitur aliquid faciens per se differre non est differentia specifica. Maior videtur evidens, quia proprium et differentia specifica sunt species desparate eque primo dividentes aliquod genus; igitur, ut videtur, unum universaliter ab alio vere negatur. Et minor probatur, quia:
10 omne faciens differre, vel facit per se differre, vel per accidens; sed proprium non facit per accidens; igitur per se. Assumptum videtur de se notum, et quod proprium faciat differre, patet per textum,¹ quia accidens facit differre, igitur a multo fortiori proprium. Et quod proprium non faciat differre per accidens, patet primo quia proprium non est accidens, quia sunt species distincte; secundo quia, cuicunque competit proprium, sic competit per se secundo modo, sicut satis elicitor ab Aristotele, primo *Posteriorum*.²

⟨2.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod genus esset differentia specifica. Consequens, ut videtur, est falsum, quia nullum genus predicitur in
20 quale, igitur nullum genus est differentia specifica. Et prima consequentia declaratur, quia omne genus facit per se differre, et hoc sive accipiatur ‘facere differre’ proprie sive transsumptive. Proprie, quia facit seipsum differre per se; transsumptive, quia est medium vel potest esse medium syllogisticum ad concludendum aliqe per se differentie, sic arguendo:
25 ‘omne animal per se differt a lapide; omnis homo est animal; igitur omnis homo per se differt a lapide’.

⟨3.⟩ Item. Si sic, sequeretur quod aliquod accidens esset differentia specifica. Consequens, ut videtur, est falsum ratione qua prius. Et consequentia declaratur, quia aliquod accidens facit per se differre, nam hec
30 differentia ⟨rationalis⟩ est accidens, igitur accidens facit per se differre.

³ differre] utrum omne add. necnon del. E

¹ *Isagoge*, III, 1 (8, 7–17).

² Aristoteles *Analytica posteriora* I, locus non inventus.

Maior est de se nota, et patet expresse per textum.³ Et consimiliter <differentia> specifica facit per se differre; hec differentia *rationalis* est differentia specifica; igitur hec differentia *rationalis* facit per se differre. Tam maior quam minor patet per textum.⁴ Et minor declaratur, ista scilicet hec differentia *rationalis* sit accidens, quia est accidens materie, igitur est accidens. Consequentia nota. Et antecedens declaratur, quia hec est per accidens: ‘ista materia est rationalis’ demonstrata materia alicuius hominis, quia manifeste <de> ista materia potest hoc predicatum *rationalis* successive vere affirmari et negari ab eodem. Et quod poterit vere affirmari patet, quia ista materia est habens rationem vel animam intellectivam, igitur ista materia est rationalis, sicut sequitur: ‘ista materia est habens demonstrationem, igitur est demonstrabilis vel demonstrata’. Et quod poterit non esse rationalis, de se notum est.

(4.) Item. Si sic, sequeretur quod aliquod accidens proprie possit diffiri. Falsitas consequentis | patet per Aristotelem, septimo *Metaphysice*.⁵ Consequentia declaratur, quia, si sic, sequeretur quod ista differentia *disgregatus visus* esset differentia specifica, quia facit albedinem per se differre a nigredine, et per consequens albedo haberet genus et differentiam specificam. Et tunc sic: omne habens genus et differentiam potest habere proprie diffinitionem; albedo est huiusmodi; igitur albedo potest habere proprie diffinitionem. Et per consequens aliquod accidens potest habere proprie diffinitionem. Maior istius rationis patet per Aristotelem, sexto *Topicorum*⁶ et septimo *Metaphysicorum*,⁷ et etiam patet per textum Porfirii.⁸ Et minor patet, si *omne faciens per se differre* sit differentia specifica.

¹⁴ proprie] proprie *E^c* ²³ Metaphysicorum] 6 litt. (?) add. necnon del. *E* ²⁴ minor] etiam add. necnon del. *E*

³ *Isagoge*, III, 1 (8, 7–17).

⁴ *Isagoge*, III, 1 (8, 14–17): ‘Magis proprie differre alterum altero dicitur, quando specifica differentia distiterit, quemadmodum homo ab equo specifica differentia differt rationali qualitate’.

⁵ Aristoteles, *Metaphysica* VII, 5, 1031a1–3: ‘solius substantie est diffinitio’ – rec. Guillelmi.

⁶ Aristoteles, *Topica* VI, 4, 141b25–28: ‘quidem oportet per genus et differentias diffinire eum qui bene diffinit’ – tr. Boethii. *Auctoritates* 328 (93): ‘Omnis bona definitio debet constare ex genere et differentiis (...)’ (Aristoteles, *Topica*, Z4, 141b25–28).

⁷ Aristoteles, *Metaphysica* VII, 12, 1037b29–30: ‘Nichil enim aliud est in diffinitione quam primum dictum genus et differentie’ – rec. Guillelmi. *Auctoritates* 130 (184): ‘Nihil aliud debet esse in definitione nisi genus et differentia.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, Z12, 1037b29–30).

⁸ *Isagoge*, III, 4 (9, 2–6).

(AD OPPOSITUM) Ad oppositum arguitur per Porphyrium,⁹ qui dicit quod differentie per se sint differentie specifice. Unde dicit sic:¹⁰ ‘inseparabilium alie sunt per se, alie vero per accidens’. Et postea dicit:¹¹ ‘igitur ille que per se sunt, in ratione substantiae accipiuntur et faciunt aliud’, idest: 5 faciunt specificem differentiam.

(SOLUTIO QUESTIONIS) In ista questione primo premititur una declaratio, secundo apponitur una distinctio, tertio eliciuntur quedam conclusiones, et quarto solventur rationes principales.

- (DECLARATIO)** Circa primum igitur est sciendum quod omnis perceptio aliquorum differentium primo fit per sensum vel presupponit sensacionem qua percipiuntur aliae differentie, nam ex hoc quod aliae duo corpora sentiuntur esse in diversis locis, percipimus talia differre saltem numero, et quia omnis sensatio est principaliter respectu alicuius accidentis, ideo prius imponimus aliquem terminum ad significandum aliquod accidens vel accidentaliter mediante quo concludimus talia differre. Et talis terminus vocatur ‘differentia communiter dicta’, eo quod communis consideratio sive magis confusa precedit considerationem discretam.

- Deinde discretius considerando percipimus adhuc sensatione aliqua accidentia magis propria talium differentium, utpote aliquod accidens inseparabile, vel saltem non communiter vel leviter separabile, et secundum talem considerationem imponimus unum terminum ad significandum istud accidens vel accidentaliter; qui quidem terminus non potest per aliquem processum naturalem vere negari a tali subiecto ipso manente. Et talis terminus logicaliter loquendo vocatur ‘accidens inseparabile’ et ‘differentia proprie dicta’, eo quod *per* proprius et convenientius sive intentius sive *†illativus(?)†* illius vel connotatum convenit tali subiecto quia inseparabiliter, et quia potest esse medium syllogisticum ad concludendum distinctius talia differre. Precedentibus igitur istis 25 sensationibus sive visionibus accidentium, | quia accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quid est rei, sicut vult Aristoteles, primo

32^{ra}

30 sive] acc add. necnon del. E; con add. E

9 *Isagoge*, III, 8 (9, 24–10, 21).

10 *Isagoge*, III, 5 (9, 11–12): ‘Inseparabilium autem aliae quidem sunt per se, aliae vero per accidens (...)’

11 *Isagoge*, III, 6 (9, 14–15): ‘Illae igitur quae per se sunt, in substantiae ratione accipiuntur et faciunt aliud (...)’

De anima,¹² procedimus ulterius ex talibus actibus sive operationibus ad inquerendum de essentia talis rei mediante qua inquisitione primo percipimus in tali composito formam substantialem a qua procedunt tales operationes vel talia accidentia. Et tunc imponimus aliquem terminum ad significandum vel cognoscendum talem formam. Et quia talis terminus potest esse medium syllogismi ad concludendum aliqua specificē differre eo quod mediantibus talibus diversis formis percipimus aliqua specificē differre, 5 ideo vocamus talem terminum ‘differentiam specificam’ sive ‘differentiam magis proprie dictam’ a tali specie sive a tali forma.

Deinde adhuc ulterius investigando per transitionem et per corruptionem sive per separationem et generationem talis forme, percipimus ibi aliam partem essentiale, scilicet materiam, ratione cuius imponimus aliquem terminum concretum *ad* significandum suum connotatum ipsius materie. Et quia talis terminus potest esse medium syllogisticum ad concludendum aliqua specificē differre, extendendo nomen ‘speciei’ 10 ad naturam, ut isti dicuntur specificē differre que sunt diversarum naturalium et dissimilium substantialiter. Ideo adhuc vocamus talem terminum ‘differentiam specificam’ et ‘differentiam essentiale’, quia connotat partem essentiale sive speciale connotative alicuius extrinseci. Et talis terminus potest dici secundum aliquam suam significationem 15 potentia vel pura potentia, quia sic arguendo: ‘omnis pura potentia est alterius speciei a composito ex actu et potentia, vel ab actu; sed materia est pura potentia; igitur materia prima est alterius speciei a composito ex actu et potentia; vel etiam *ab* actu’. Prima differentia vocatur a Porphirio¹³ ‘accidens separabile’; secunda vocatur ‘accidens inseparabile’, et 20 25 potest se extendere ad proprium; tertia vocatur differentia que est unum de quinque universalibus, sive specifica differentia.

⟨DISTINCTIO⟩ Distinctio apponenda est ista quod ‘differentia per se’ accipitur multipliciter.

Uno modo, scilicet *large* pro omni eo quod predicatur per se de aliquo, et potest esse medium syllogisticum ad concludendum significatum 30

¹³ terminum] concr(?) add. necnon del. E | significandum] vel connotative ipsius materie vel add. necnon del. E ¹⁴ ipsius] mane(?) add. necnon del. E | materie] medie(?) sup. lin. E ²⁴ ab] ex E

¹² Aristoteles, *De anima* I, 1, 402b21–22. Auctoritates 174 (7): ‘Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, id est subjectum sive definitio subjecti.’ (Aristoteles, *De anima*, A1, 402b21–22).

¹³ *Isagoge*, III, 1 (8, 7–17).

illius de quo verificatur ab alio specificē differre, et connotat specialiter aliquem partem essentialem vel aliquod accidens, formaliter procedens sive materialiter ab aliqua tali parte vel a toto composito ex talibus partibus. Et isto modo | omne proprium est differentia per se et precise omne 32^{rb}

5 proprium substantiale. Et isto modo non loquitur secundum *aliquos* Porphirius de differentia.

Cuius oppositum tamen ad presens ego credo, quia loquens de differentia per se ponit quedam exempla de proprio, sicut patet capitulo de *differentia*,¹⁴ ubi dicit sic: ‘nam rationale per se inest homini, et mortale, et esse perceptibile discipline’ et clarum est quod *esse perceptibile* est proprium et non differentia substantialis, quia significat discrete sive connotat aliquid extra essentiam hominis, scilicet disciplinam.

Differentia vero *per se* stricte vocatur aliquis terminus discrete significans vel connotans aliquam partem essentialem compositi ex materia et forma nihil extrinsecum discrete connotans sive significans, potens esse medium syllogisticum ad concludendum aliqua specificē differre. Et de ista differentia dicunt *aliqui* quod Porphyrius loquitur, quando facit mentionem de differentiis per se. Et ista est differentia completiva diffinitionis proprie dicte.

20 <CONCLUSIO PRIMA> Prima conclusio est ista quod aliquid facit per se differre quod non est differentia specifica, quia omne quod est, facit seipsum ab alio per se differre, quia seipso a quocumque alio differt, et tamen non omne quod est, est differentia specifica.

<CONCLUSIO SECUNDA> Secunda conclusio est ista quod accipiendo transsumptive ‘facere differre’, aliquid facit per se differre quod non est differentia specifica, ad istum intellectum quod aliquid predicatur primo modo dicendi per se de aliquo subiecto, et potest esse medium syllogisticum ad concludendum significatum illius subiecti ab alio specificē differre, quod tamen non est differentia specifica. Ista statim patet, quia 30 omne genus per se primo modo predicatur de sua specie, et potest <esse> medium syllogisticum ad concludendum significatum sue speciei ab alia specie differre, et tamen non omne genus est differentia specifica. Et quod omne genus sit huiusmodi, patet per argumentum ad principale factum, scilicet in isto argumento: ‘omne animal est alterius speciei a

10 perceptibile] disl *add. necnon del. E* 30 esse] est *E*

14 *Isagoge*, III, 5 (9, 13): ‘(...) nam rationale per se inest homini et mortale et disciplinae esse perceptibile (...)’

lapide; omnis homo est animal; igitur, omnis *(homo)* est alterius speciei a lapide; ergo, *(homo)* et lapis specifice differunt². Et sic potest argui per quodcumque aliud genus respectu sue speciei.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod eodem modo accipiendo ‘facere differre’ aliquid connotans aliquam formam facit per se differre quod non est differentia specifica. Ista declaratur, quia aliquid connotans aliquam formam predicatur per se saltem secundo modo dicendi per se de aliquo subiecto, et potest esse medium syllogisticum

32^{va} | concludendi significatum talis subiecti ab alio specifice differre; et non est differentia specifica; igitur aliquid connotans aliquam formam facit per se differre, quod tamen non est differentia specifica. Consequentia videtur evidens. Et antecedens patet de omni proprio, sicut istud proprium *risibile* connotat aliquam formam, quia actum ridendi vel formam a qua procedit actus ridendi, et tamen nullum proprium est differentia specifica.

(CONCLUSIO QUARTA) Quarta conclusio est ista quod omne connotans formam intrinsecam et non extrinsecam, quod predicatur primo modo dicendi per se de aliquo subiecto, et potest esse medium syllogisticum concludendi significatum talis subiecti a quocumque alio specifice differre, est differentia specifica, quia omne tale imponitur ad significandum concreтивe significatum talis subiecti connotando partem formalem eiusdem affirmative vel negative, nihil extrinsecum connotando mediante qua forma percipimus istud significatum ab alio specifice differre. Sed hec differentia *rationale* concreтивe significat hominem connotando animam intellectivam affirmative mediante qua percipimus hominem ab asino specifice differre. Et ista differentia *mortale* significat concreтивe omne vivum corruptibile connotando animam negative, scilicet ipsum posse separari a materia in qua est, et nullum extrinsecum connotat. Et iste differentie predicanter de se de subiecto primo modo, quia sunt partes diffinitionis propria dicte. Ex isto sequitur unum correlarium, videlicet quod aliqua differentia connotat formam tam affirmative quam negative, sicut iste differentia composita *rationale mortale*.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod aliquid est differentia specifica quod non discrete connotat aliquam formam. Ista declaratur sic: nam aliquid est quod predicatur de subiecto primo modo dicendi per se, et connotat vel significat partem essentialē significati

² homo] omnis E 9 subiecti] 5 litt. (?) add. necnon del. E 14 qua] conce add. necnon del. E 27 vivum] cor ... (?) add. necnon del. E 34 aliquam] speciem add. necnon del. E | formam sup. lin. E^c

talis subiecti, et potest esse medium concludendi tale significatum ab alio specifice differre, et non connotat discrete aliquam formam; igitur, aliqua est differentia specifica, que non connotat aliquam formam discrete. Consequentia videtur evidens, quia conditiones accepte in antecedente sufficiunt ad hoc quod aliquid fit differentia specifica. Et antecedens declaratur, quia iste terminus ‘habens puram potentiam’ verificatur de homine primo modo dicendi per se, quia potest poni in diffinitione | 32^{vb} naturali, sicut in ista diffinitione: ‘homo est habens puram potentiam et animam intellectivam tamquam suas partes essentialies’. Et iste terminus ‘pura potentia’ non discrete connotat aliquam formam et significat partem essentialiem compositi, vel connotat materiam, igitur etcetera.

- (AD 1.)* Ad primum igitur principale dicitur concedendo conclusionem, scilicet quod aliquid faciens per se differre non est differentia specifica. Et ad Porfirium dicitur quod ipse loquitur de ‘per se’ primo modo, hoc est dictu omne istud quod per se primo modo verificatur de aliquo subiecto connotans partem essentialiem significati illius subiecti nihil extrinsecum connotando, est differentia specifica illius, et potest esse simul cum hoc medium syllogisticum ad probandum istud significatum ab aliquo specie differre.
- (AD 2.)* Ad secundum dicitur negando consequentiam, scilicet quod si genus faciat per se differre, quod sit differentia specifica, et causa est, quia oportet plus addere, scilicet quod connotat discrete aliquam partem essentialiem sui significati, nihil extrinsecum connotando, et hoc non facit genus.
- Et si dicatur* quod hoc genus *animal* videtur discrete connotare partem essentialiem, scilicet animam, quia ‘animal’ dicitur ab ‘anima’, *ad istud dicitur* ab *aliquibus* quod, quamvis ‘animal’ *(ab)* nomine ipsius ‘anime’ fuit impositum ad significandum, tamen fuit impositum absolute, et non connotative ita quod per talem impositionem non potius connotat animam quam corpus. *Alii* dicunt, et forte melius, quod oportet talem connotationem fieri adiective et non subiective. Unde, quamvis ‘animal’ connotat animam, hoc tamen non est adiective. Sed de hoc plus patebit infra.¹⁵

¹ alio] b add. E ¹⁷ illius] ista add. E
²⁶ scilicet] animal quia add. necnon del. E
| nomine] nominis E

²⁰ dicitur] ned(?) add. necnon del. E
²⁷ aliquibus] qui add. necnon del. E

¹⁵ Videas infra, Q. 34.

⟨AD 3.) Ad tertium dicitur concedendo quod aliquod accidens est differentia specifica, sed non illius cuius est accidens. Unde ista differentia *rationale* est differentia specifica hominis, et non materie hominis. Unde bene conceditur quod aliquid idem respectu diversorum est differentia specifica, et accidens separabile et inseparabile.

5

⟨AD 4.) Ad quartum dicitur negando quod accidens saltem pro suo significato proprie posset diffiniri. Et ulterius conceditur quod, quamvis

33^{ra} accidens habeat differentiam per se, non tamen specificam | secundum quod loquitur Porphirius, quia ipse loquitur de differentia specifica que potius imponitur ad significandum ratione unius partis essentialis quam alterius, quia oportet quod connotet discrete alteram partem essentialem, et non omnem. Et sic non facit aliquam differentiam accidentis, quia ista differentia ‘disgregativum visus’ non potius connotat unam partem albedinis quam aliam, et simul cum hoc patet per supra dicta.

10

15

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM) Ad argumentum in oppositum, qualiter scilicet Porphirius sit intelligendus, patet per supra dicta.

9 que] que corr. ex quia E

⟨QUESTIO 33⟩

Consequenter queritur utrum differentia
per se suscipit magis et minus.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic:

5 omnis conceptus potest intendi et remitti, et per consequens potest suscipere magis et minus; aliqua differentia per se est conceptus; igitur aliqua differentia per se potest intendi et remitti. Maior videtur evidens, quia secundum Aristotelem in *Predicamentis*, capitulo de *qualitate*,¹ aliiquid potest esse sapientior alio et iustior alio, quod non esset si scientia et
10 iustitia, que sunt subiective in anima, non posse(n)t intendi et remitti, et pari ratione omnis conceptus potest intendi et remitti. Item, experientia patet quod aliquando concipimus aliquid intentius et aliquid remissius. Et minor patet quia: omne signum de pluribus predicabile est mentale, vocale, vel scriptum; omnis differentia est huiusmodi, sicut patet per dif-
15 finitionem differentie; igitur, etcetera.

⟨2.⟩ Item. Omnis vox potest intendi et remitti; aliqua differentia per se est vox; igitur etcetera. Maior appareat evidens, quia due voces omnino similes possunt esse in eodem subiecto simul, et per consequens una intendit aliam, sicut patet duobus luminibus in eodem subiecto existen-
20 tibus unum intendit aliud. Et minor patet sicut prius.²

⟨3.⟩ Item. Anima intenditur, igitur differentia que accipitur ab anima. Consequentia est satis evidens. Et antecedens demonstratur, quia experimen-
tum appareat quod puer continue crescit in fortitudine, et per con-
sequens puer est magis, et magis fortis, et non nisi per animam; igitur
25 anima maioratur, et non extensive, sicut patet per Aristotelem et Com-
mentatorem, tertio *De anima*,³ igitur intensive.

⟨4.⟩ Item. Omne habens contrarium suscipit magis et minus; differen-
tia per se habet contrarium; igitur differentia | per se suscipit magis et 33^{rb}

11 omnis] consi add. necnon del. E 25 anima] magis add. necnon del. E

1 Aristoteles, *Predicamenta*, 8, 11a5: ‘magis enim grammaticus alter altero dicitur et iustior et sanior.’ – tr. Boethii.

2 Videas supra, 1.

3 Locus non inventus.

minus. Maior potest elici ab Aristotele, quinto *Physicorum*,⁴ ubi vult quod omne quod fit minus tale, fit minus tale per adventitionem sui contrarii. Et minor etiam patet, quia *rationale* et *irrationale* contrariantur, nam sub eodem genere maxima distant, et vicissim se expellunt quia ante adventum anime intellective corpus existens in utero materno est *irrationale*, ⁵ et postea *rationale*.

⟨5.⟩ Item. Experimento patet quod unus homo est magis *rationalis* quam aliis, quia magis utens ratione.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphirius,⁵ qui dicit quod ille differentie que per se sunt, non suscipiunt magis et minus. Et probat hoc sic:⁶ ‘nam neque genus aut magis aut minus predicitur de eo cuius fuerit genus, neque generis differentie secundum quas dividitur’; et sequitur: ‘ipse enim sunt que uniuscuiusque rationem complent, esse autem unicuique unum et idem est, neque intentionem neque remissionem suscipiant.’¹⁵

⟨DISTINCTIO⟩ In ista questione presuppositis adhuc precedentibus distinctionibus, precipue ⟨de⟩ differentia per se, addo unam distinctionem que talis est, scilicet quod ‘suscipere magis et minus’ potest accipi dupliciter, scilicet *realiter* et *logicaliter*. Realiter quando aliquid in essentia sua intenditur vel remittitur per aliquid simile sibi adveniens, vel ab eo recedens, sicut dicimus calorem intendi per appositionem caloris, et lumen per appositionem luminis. *Logicaliter* sive *predicative*, quando aliquis terminus de aliquo verificatur aliquando cum hoc adverbio ‘magis’, et aliquando cum hoc adverbio ‘minus’, sicut dicimus album intendi vel suscipere magis et minus, quia aliquando album verificatur de suo subiecto ²⁰ cum adverbio ‘magis’, et aliquando cum hoc adverbio ‘minus’.²⁵

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod omnis differentia sive per se sive per accidens mentalis potest intendi vel potest remitti realiter, sicut probat primum argumentum.⁷

⁴ vicissim] seq. lac. 4 litt. E ¹⁶ presuppositis] pre add. necnon del. E

⁵ Cf. supra, Q. 11, CONCL. 5. Locus non inventus.

⁵ *Isagoge*, III, 7 (9, 16): ‘Et illae quidem quae per se sunt, non suscipiunt magis et minus.’

⁶ *Isagoge*, III, 7 (9, 18–22): ‘(...) nam neque genus aut magis aut minus praedicatur cuius fuerit genus, neque generis differentiae, secundum quas dividitur, ipsae enim sunt quae uniuscuiusque rationem complent, esse autem unicuique unum et idem neque intentionem neque remissionem suscipiens est (...)’

⁷ Videas supra, 1.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod nihil suscipit magis et minus secundum idem realiter. Ista patet, quia, si sic, sequeretur quod idem secundum idem intenditur et remittitur.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod nihil suscipit magis et minus logicaliter secundum idem, respectu eiusdem. Quia si sic, tunc sequeretur quod aliquid esset minus album et magis album secundum idem precise respectu eiusdem, quod includit contradictionem.

(CONCLUSIO QUARTA) Quarta conclusio est ista quod aliquid suscipit magis et minus secundum idem respectu diversorum, | quia aliquid est
10 magis album Sorte, et minus album Platone, posito casu possibili. Sed de isto plus patebit *supra Predicamenta*.⁸

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod probabiliter potest teneri quod aliqua differentia per se potest suscipere magis et minus tam logicaliter quam realiter. Et quod realiter, patet per primam conclusionem.⁹ Et quod logicaliter declaratur, nam omnis species substantie composite habet vel potest habere differentiam per se, sicut satis elicetur ab Aristotele, *septimo Metaphysice*.¹⁰

Item. Aliqua habet vel potest habere, et non maiori ratione una quam alia, igitur omnis habet vel potest habere, igitur ignis habet vel potest habere. Ponatur igitur in esse, et vocetur differentia per se ipsius ignis accepta a sua forma substantiali *B*. Tunc sic probabiliter potest teneri quod forma ignis potest intendi et potest remitti realiter. Igitur, probabiliter potest teneri quod differentia accepta a tali forma potest suscipere magis et minus logicaliter. Ista consequentia est evidens. Et antecedens patet per Commentatorem, tertio *Coeli*, commento sexagesimo septimo,¹¹ ubi ponit formas substanciales elementorum posse intendi et posse remitti, nec video argumentum multum cogens quin idem posset teneri de quacumque forma substantiali alicuius substantie augmentabilis et nutribilis preter argumentum de pluralitate rerum †videnda(?)†.

30 **(CONCLUSIO SEXTA)** Sexta conclusio est ista quod nulla differentia per se primo modo potest suscipere magis et potest suscipere minus

6 et] au (?)add. necnon del. *E* 10 album] albus *E* | possibili] vacat add. necnon del. a.m. *E* 17 Aristoteles] Aristoteles *E*

8 Thomas Manlevelt, *Questiones super Praedicamenta*, Erfurt sb Ampl. Q 288 (xiv) ff. 43^{rb}-145^{vb}, Q. 86, utrum qualitas suscipiat magis et minus (ff. 112^{rb}-13^{rb}); Q. 87, utrum aliqua quarte speciei qualitatis suscipiat magis et minus (ff. 113^{rb}-114^{ra}).

9 Videas supra, CONCL. 1.

10 Aristoteles, *Metaphysica* VII, 1030b14-1031a14.

11 Locus non inventus.

logicaliter secundum communem opinionem. Ista patet per textum Porphirii in arguento ad oppositum allegato ex predictis conclusionibus, quamvis plures alie possint elici quas studiosis reli^{qu}untur, quia *supra Predicamenta* diffusius patebit de ista materia.¹²

⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo conclusionem in sensu composito, et non de copulato extremo, sicut patet per predictas conclusiones.

⟨AD 2.⟩ Ad secundum patet per idem.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur negando quod anima intenditur, et ulterius dicitur concedendo quod puer continue fortificatur, et hoc principalius et formaliter per animam. Et ulterius negatur consequentia ‘igitur anima intenditur’, quia idem agens precise potest †in(?) formaciones(?)afforens(?) numero(?) intrinseca(?)† sicut homo fortius potest percutere †g-i-la-a† quas †scira-ve(?)†. Et consimiliter eadem anima precise mediante corpore pueri debilius agit, et mediante corpore adolescentis. Quod aptius est ad operandum mediante augmentatione nutritiva, postea fortius agit. Ista igitur fortitudo maioratur extensive et non intensive, | nisi ponatur quod fortitudo sit quid accidens distributum anime forti. De qua patebit forte in *questione de naturalibus potentiis*,¹³ et in isto capitulo de *qualitate*.¹⁴

⟨AD 4.⟩ Ad quartum dicitur concedendo quod differentia per se habet contrarium large accipiendo ‘contrarium’ secundum quod probat argumentum, sed non stricte, quia ad hoc oporteret quod forma a qua accipitur talis differentia, posset realiter intendi et posset realiter remitti. Et ulterius dicitur quod auctoritas Aristotelis non est ad propositum, quia Aristoteles vult dicere quod omne quod potest intendi et quod potest remitti, habet contrarium, sed non dicit quod omne quod habet contrarium, potest intendi et potest remitti. Quia aliquid habet contrarium logicaliter loquendo quod non recipit remissionem secundum admixtionem sui contrarii. Et ideo consequentia non valet, ista scilicet: ‘aliqua

^{13–14} percutere] percuttere E ^{15–16} adolescentis] addolescentis E

¹² Thomas Manlevelt, *Questiones super Praedicamenta*, Erfurt sb Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, Q. 25, utrum differentia substantialis sit substantia (ff. 63^{ra}–63^{vb}).

¹³ Thomas Manlevelt, *Questiones super Praedicamenta*, Erfurt sb Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, Q. 70, utrum naturalis potentia vel impotentia sit secunda species qualitatis (ff. 98^{va}–99^{ra}); Q. 71, utrum omnis potentia naturalis sit accidens (ff. 99^{ra}–vb).

¹⁴ Thomas Manlevelt, *Questiones super Praedicamenta*, Erfurt sb Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, Q. 64, utrum omnis qualitas sit accidens (ff.94^{vb}–95^{rb}).

differentia per se habet contrarium; igitur aliqua differentia per se suscipit magis et minus.

5 <AD 5.> Ad quintum dicitur quod non experimur unum hominem magis rationalem quia non magis habet animam intellectivam, quamvis experimur unum hominem magis rationalem, et hoc non est idem.

<AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM> Intentio Porfirii quodam modo patet per predicta.

⟨QUESTIO 34⟩

Consequenter queritur utrum hec differentia *animatum sensibile* sit constitutiva substantie animalis.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nullum accidens est constitutivum substantie animalis; hec differentia ⁵ est accidens; igitur non est constitutiva substantie animalis. Maior est de se nota, quia accidens non est constitutivum alicuius substantie, quia ex natura accidentis non constituitur substantia, sicut vult Aristoteles primo *Physicorum*.¹ Et minor declaratur, quia hec differentia vocalis est vox, et omnis vox est accidens. ¹⁰

⟨2.⟩ Item. Omne istud quod constituit substantiam animalis, est materia vel forma animalis; sed hec differentia *animatum sensibile* non est materia vel forma animalis; igitur hec differentia *animatum sensibile* non constituit substantiam animalis. Maior patet, quia tantum materia et forma sunt partes essentiales animalis. Et minor videtur etiam evidens, ¹⁵ quia hec differentia *animatum sensibile* est quoddam signum de pluribus predicable, et per consequens non est materia vel forma animalis.

⟨3.⟩ Item. *Animatum sensibile* non est differentia, igitur non est differentia constitutiva substantie animalis. Consequentia est plana. Et antecedens declaratur, nam: nullum genus est differentia; *animatum sensibile* ²⁰ est genus; igitur *animatum sensibile* non est differentia. Maior patet per Porfirium, capitulo de *genere*,² ubi vult quod genus differt a differentia per hanc particulam distinctivam que est ‘predicari in quid’. Et minor

^{34^{ra}} declaratur nam: omne quod predicator de pluribus | specie differentiis in eo quid est genus; sed hoc predicatum *animatum sensibile* est ²⁵ huiusmodi; igitur hoc predicable *animatum sensibile* est genus. Maior patet per diffinitionem generis. Et minor declaratur, quia, quod hoc predicable predicator de pluribus specie differentiis de se patet; et quod

3 substantie] substantia *E* 8 accidentis] substantie *E*

1 Aristoteles, *Physica* I, 2, 185a28–32.

2 *Isagoge*, I, 10 (3, 5–8): ‘A differentia vero (...) differt genus quoniam etsi de pluribus et differentiis specie praedicantur differentiae (...), sed non in eo quod quid sit praedicantur, sed in eo quod quale quid sit.’

predicatur in quid, probatur, quia per ipsum convenienter respondetur ad questionem factam per quid de animali, nam si queratur ‘quid est animal?’, convenienter respondetur quod sit substantia animata sensibilis.

5 *(4.) Item.* Nullum animal est constitutivum subsantie animalis; omne animatum sensibile est animal; igitur nullum animatum sensibile est constitutivum subsantie animalis. Maior videtur evidens, quia aliter animal componeretur ex animalibus. Et minor est de se nota, quia in ea predicatur convertibile de convertibili, sicut de se notum est.

10 *(5.) Item.* Si animatum sensibile esset constitutivum substantie animalis, sequeretur quod omne animatum sensibile esset animal. Consequentia apparet evidens; et consequens est falsum; igitur et antecedens. Falsitas consequentis declaratur, nam, si omne animatum sensibile esset animal, cum quelibet pars integralis ipsius animalis sit animata sensibilis, sequeretur quod quelibet pars integralis ipsius animalis esset animal, 15 et per consequens manus et digitus et sic de allis partibus integralibus omnes essent animalia, quod videtur absurdum.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius,³ qui dicit sic: ‘ea autem que est animati et sensitivi differentia, constitutiva est substantie animalis’.

20 *⟨DISTINCTIO PRIMA⟩* *⟨Prima⟩* distinctio in ista questione premittenda est ista, quod iste terminus ‘substantia’ accipitur multipliciter: uno modo pro termino absolute significante substantiam, sicut accipit Aristoteles in *Predicamentis*,⁴ quando loquitur de substantia prima et secunda, et sic est nomen secunde intentionis. Alio modo accipitur ‘substantia’ pro 25 essentia alicuius rei, sive ista res sit per se subsistens, sive alteri inherens. Et sic accipit Aristoteles in principio *Predicamentorum*,⁵ quando dicit: ‘equivoca sunt, quorum nomen est communis et ratio substantie secundum istud nomen est diversa’, idest: essentie, quia non tantum loquitur Aristoteles de equivocatione que fit in terminis substantialibus, 30 sed etiam de ista que fit in terminis accidentalibus, quia diffinit equivoca

27–28 substantie] sub add. necnon del. E

3 Isagoge, III, 8 (10, 9–12): ‘(...) ea quidem quae est animati et sensibilis differentia, constitutiva est substantiae animalis (...)’.

4 Aristoteles, *Predicamenta*, 5, passim.

5 Aristoteles, *Predicamenta* 1, 1a3: ‘Aequivoca dicuntur quorum nomen solum commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa, ut animal homo et quod pingitur.’ – tr. Boethii.

quecumque sint ista sive substantialia sive accidentalia. Et isto modo substantia est nomen prime intentionis. Tertio modo accipitur ‘substantia’ pro diffinitione. Et isto modo accipitur a Porfirio, quando dicit quod differentia est constitutiva substantie animalis vel hominis. Et isto modo adhuc substantia est nomen secunde intentionis.

5

〈DISTINCTIO SECUNDA〉 Secunda distinctio est ista, quod aliquid predicatur in quid duplicitate, scilicet primo et non primo. Primo, quando aliquid predicatur in quid ratione sui ipsius, et non ratione alicuius sue partis. Non primo, quando aliquid | predicatur in quid ratione alicuius sue partis, videlicet quia aliqua sua pars predicatur in quid.

10

〈CONCLUSIO PRIMA〉 Prima conclusio est ista, quod nulla differentia specifica accipiendo ‘differentiam’ sicut logici accipiunt et sicut Porfirius⁶ accipit, quando dicit: ‘differentia predicatur in quale’, est constitutiva alicuius substantie, secundum quod ‘substantia’ accipitur pro re que non 15
(est) signum. Ista statim patet, quia nullus terminus constituit aliquem talem substantiam.

15

〈CONCLUSIO SECUNDA〉 Secunda conclusio est ista, quod omnis differentia specifica est constitutiva substantie accipiendo ‘substantiam’ pro diffinitione, quia omnis talis differentia est completiva diffinitionis proprie dicte, que componitur ex genere et differentia, sicut patet per Aristotelem, sexto *Topicorum*⁷ et septimo *Metaphysice*,⁸ et per Porfirium in diversis locis sui textus.⁹

20

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista, quod nulla diffinitio proprie dicta predicatur in quid primo modo, quia non ratione sue ipsius, quia non potius in quid quam in quale, cum ponitur eius pars et substantialiter predicitur in quale, scilicet differentia.

25

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista, quod omnis diffinitio proprie dicta predicatur in quid non primo, quia rationis sue partis, quia

25

⁶ *Isagoge*, III, 10 (11, 8–9): ‘(...) differentia est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quale sit praedicatur (...)’

⁷ Aristoteles, *Topica* VI, 4, 141b25–28: ‘quidem oportet per genus et differentias diffinire eum qui bene diffinit’ – tr. Boethii. *Auctoritates* 328 (93): ‘Omnis bona definitio debet constare ex genere et differentiis, quia ista sunt priora et notiora quam species quae definitur.’ (Aristoteles, *Topica*, Z4, 141b25–28).

⁸ Aristoteles, *Metaphysica* VII, 12, 1037b29–30: ‘Nichil enim aliud est in diffinitione quam primum dictum genus et differentie’ – rec. Guillelmi. *Auctoritates* 130 (184): ‘Nihil aliud debet esse in definitione nisi genus et differentia.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, Z12, 1037b29–30).

⁹ E.g. *Isagoge*, III, 4 (9, 2–6); III, 8 (9, 24–10, 21).

omnis differentia proprie dicta componitur ex genere et differentia, quod quidem genus predicatur in quid.

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista, quod omne istud a quo accipitur differentia specifica *animalis*, constituit substantiam animalis accipiendo ‘substantiam’ pro re que non est signum, scilicet pro essentia. Ista probatur, quia omne istud a quo accipitur talis differentia animalis, est materia vel forma animalis, et omnis materia vel forma animalis constituit realiter substantiam animalis, et precise animam a qua magis communiter accipitur differentia specifica.

10 〈AD 1.〉 Ad primum igitur principale dicitur concedendo maiorem, accipiendo ‘secundam substantiam’ scilicet pro re que non est signum. Et isto modo etiam conceditur conclusio. Accipiendo ‘substantiam’ pro diffinitione negatur maior.

15 〈AD 2.〉 Ad secundum patet per idem, quia nihil probat aliud nisi hec differentia specifica *animatum sensibile* non constituit substantiam animalis accipiendo ‘substantiam’ non pro signo. Et cum hoc stat quod constituit substantiam animalis accipiendo ‘substantiam’ pro diffinitione.

20 〈AD 3.〉 Ad tertium dicitur negando antecedens. Et ad probationem conceditur quod nullum genus sit differentia specifica, quamvis aliquod genus sit differentia accidentalis, sicut hoc genus *coloratum*. Et ulterius dicitur negando quod hoc predicabile *animatum sensibile* predicator in quid. Et ad probationem dicitur quod, quando queritur ‘quid est animal?’, quamvis posset convenienter responderi quod sit substantia animata sensibilis ratione istius partis que est substantia, tamen nullo modo potest dici quod convenienter respondetur si dicatur quod animal sit animatum sensibile; sed potius, si queratur ‘quale est animal substantialiter?’ convenienter respondetur quod sit animatum sensibile. Unde, quamvis ista diffinitio ‘substantia animata | sensibilis’ predicator in quid non primo quia ratione sue partis, non tamen propter hoc differentia 30 completiva talis diffinitionis predicator in quid. Unde differentia non est de proprietate responsionis, quando respondetur ad questionem factam per quid de aliquo per eius diffinitionem, sed genus tantum. Sed si queratur, quid et quale substantialiter sit animal, tunc differentia esset de proprietate talis responsionis, quia tunc convenientissime responderetur 35 quod esset substantia animata sensibilis.

34^{va}

12 conclusio] secundum ad add. necnon del. E 19 sit] sed E

⟨AD 4.) Ad quartum dicitur negando maiorem, quia aliquod animal est pars integralis animalis, sicut totus homo preter digitum est animal, et tamen est pars integralis animalis compositi ex digito et tali residuo. Et ulterius dicitur negando istam de virtute sermonis ‘omne animatum sensibile est animal’, et concedendo istam quod omne animatum primo 5 sensibile est animal. Et isto modo voco ‘animatum’ primo istud ad cuius animationem non requiritur aliquod extrinsecum, ut sua anima in ipso permanet sine tali extrinseco. Unde manus vel digitus, quamvis sit animatus, non tamen primo, quia sine corde vel cerebro non durat anima in digito, sicut patet per abscisionem. 10

⟨AD 5.) Ad quintum patet per idem.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM) Ad argumentum in oppositum, qualiter scilicet Porphirius sic intelligendus, diffusius patet per supra dicta, quia Porphirius accipit ‘substantiam’ pro diffinitione, vel si cui placeat dicere probabiliter potest dici quod per istam propositionem ‘animatum sensibile est constitutivum substantie animalis’, vult Porphirius intelligere quod istud a quo accipitur hec differentia *animatum sensibile*, est constitutivum substantie animalis. 15

⁷ sua] ai add. necnon del. E ¹⁰ abscisionem] apscisionem E

⟨QUESTIO 35⟩

Consequenter queritur utrum hec
differentia *immortale* sit constitutiva Dei.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Deus est primum principium omnium aliorum a se, sicut patet per Aristotelem, secundo *Physicorum*¹ et undecimo *Metaphysice*,² ergo Deus non constituitur ab aliquo; igitur hec differentia non est constitutiva Dei.

10 ⟨2.⟩ Item. Omnis differentia constitutiva alicuius est convertibilis cum eo; sed ista differentia non est convertibilis cum Deo; igitur hec differentia non est constitutiva Dei. Maior satis patet ex textu Porfirii. Minor declaratur, quia multa alia a Deo sunt rationalia et immortalia, sicut angeli et anime, et secundum aliquos corpora celestia.

15 ⟨3.⟩ Item. Deus est mortalis, quia potest mori, quia potest assumere aliquam naturam mortalem ratione cuius poterit denominari ‘mortalis’; igitur immortalitas non est differentia Dei, et per consequens non est differentia constitutiva Dei.

20 ⟨4.⟩ Item. Si esset differentia constitutiva Dei, hoc esset quia Deus haberet diffinitionem, cuius diffinitionis ista differentia esset pars completa; sed consequens falsum; igitur istud ex quo sequitur. Falsitas consequentis declaratur: nullum simplex habet diffinitionem proprie dictam; sed Deus est simplex, quia omnino indivisibilis; | igitur Deus non 34^{vb} habet diffinitionem proprie dictam. Maior elicetur ab Aristotele, septimo *Metaphysice*,³ ubi vult quod accidens proprie non diffinitur quia non habet partes diversarum rationum; igitur a multo fortiori istud non diffinitur proprie quod penitus nullas partes habet; igitur hec differentia specifica et constitutiva Dei.

6 secundo] secundum E 10 Porfirii] igitur add. E 11 alia] rationalia add. necnon del. E 12 corpora] sunt add. E 17 Dei] quia add. necnon del. E 18 ista] pars add. necnon del. E 23 diffinitur] diffinire E 25 quod] quid E

1 Aristoteles, *Physica* II, locus non inventus.

2 Aristoteles, *Metaphysica* XI, 7, 1072b13–14: ‘Ex tali igitur principio dependet celum et natura’ – rec. Guillelmi. *Auctoritates* 137 (266): ‘A primo principio dependet caelum et tota natura.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, Λ7, 1072b13–14).

3 Aristoteles, *Metaphysica* VII, 5, 1030b15–1031a14. Sed non ad verbum.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porfirius in textu,⁴ quo dicitur: ‘Sed ea que est rationalis differentia et mortalis, constitutive sunt hominis, rationalis vero et immortalis dei’.

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Distinctio premittenda in ista questione est ista quod ‘aliquam differentiam aliquid constituere’ potest intelligi tripliciter: 5
 uno modo existenter sive realiter, sicut materia et forma que constituunt compositum; alio modo diffinitive, sicut differentia constituit hominem, quia constituit istam diffinitionem, et ideo differentia est primum diffinitivum hominis; tertio modo convertibiliter, scilicet quia differentia addita alicui non convertibili cum eo cuius est differentia constitutiva, 10
 contrahit ipsum, ut totum resultans ex ipso et tota differentia convertibiliter cum eo cuius est differentia, contrahit ipsum cui additur ad standum tantummodo pro significato vel significatis illius cuius est differentia, sicut hec differentia *rationale mortale* addita subiecto vel corpori 15
 vel animali contrahit ipsum ad standum tantummodo pro significato vel significatis.

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod iste terminus ‘Deus’ accipitur dupliciter, scilicet proprie, et communiter. Proprie accipitur pro prima causa, sed communiter accipitur pro quocumque habente aliquam similitudinem specialem cum prima causa, scilicet vel 20
 quia est per⟨p⟩etuum sicut prima causa, vel quia habet intellectum sicut prima causa, vel quia precise diligitur sicut prima causa deberet diligi. Unde Psalmista⁵ ‘dixi: dii estis, et filii excelsi omnes’, et Apostolus⁶ etiam loqui de gulosis dicit ‘quorum deus venter est’, et alibi est Psalmista⁷ ‘omnes dii gentium demonia’. 25

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima igitur conclusio est ista quod Deus proprie non habet aliquam differentiam specificam cum eo convertibilem, et hoc accipiendo proprie ‘Deum’ pro primo principio indivisibili. Ista statim patet per superius dicta,⁸ quia ‘Deus’ sic acceptus nullam habet diversi-

⁵ intelligi] d add. necnon del. E ⁶ que] quod E ¹² contrahit] h add. necnon del. E | ipsum] tantummodo add. necnon del. E ²² vel] primo(?) add. necnon del. E
²⁸ indivisibili] indivisibili corr. E ex ... (?)

⁴ *Isagoge*, III, 8 (10, 12–14): ‘Sed ea quae est rationalis differentia et mortalis, constitutiae fiunt hominis, rationalis vero et immortalis dei (...).’

⁵ Ps. 81–86: ‘Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes.’

⁶ Filipp. 3: 19: ‘Quorum finis interitio, quorum Deus venter est.’

⁷ Ps. 95: 5: ‘Quoniam omnes dii gentium demonia.’

⁸ Videas supra, DIST. 2.

tatem aliquarum partium a qua posset talis differentia accipi, sicut patet per Aristotelem, septimo *Metaphysice*,⁹ ubi dicit quod accidentis non habet talem differentiam, quia non componitur ex partibus diversarum rationum.

- 5 ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio que correlarie sequitur, est ista quod Deus proprie non habet diffinitionem, quia omnis diffinitio proprie dicta componitur ex genere et differentia specifica; sed Deus non habet differentiam specificam; igitur Deus non habet proprie diffinitionem. ⟨Maior patet per⟩ Aristotelem, sexto *Topicorum*,¹⁰ et septimo 10 *Metaphysice*,¹¹ et per Porfirium, capitulo de *differentia*,¹² ubi dicit sic: ‘et hiis opus est maxime ad divisiones generum et diffinitionem specierum, et non est necesse hiis que secundum accidentes inseparabiles sunt’. Et loquitur ibi Porfirius de specificis differentiis, sicut patet ex textu immediate precedenti.¹³
- 15 ⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod hoc predicatum *rationale* secundum quod est differentia specifica, non verificatur de Deo, accipiendo ‘Deum’ proprie. Ista | conclusio declaratur sic: ista differentia *rationale* secundum quod est differentia specifica, connotat partem essentialem; sed Deus nullam partem essentialem habet; igitur ista differentia secundum quod est differentia specifica, non competit Deo. Apparet ex precedentibus, nam ista est diffinitio ‘rationalis’ secundum quod est differentia specifica, scilicet *rationale* est substantia habens animam intellectivam tamquam partem suam essentialem. Et minor est de se nota.
- 20 ⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod hic terminus ‘rationalis’ equivoce verificatur de materia hominis, et de homine, et 25

35^{ra}

¹ aliquarum] partiunt add. necnon del. et exp. E 7 differentia] et add. E 15 quod] p add. necnon del. E | predicatum] predicabile E 19 partem] habet add. necnon del. E 25 hic] omne E

⁹ Aristoteles, *Metaphysica* VII, 5? Cf. Aristoteles, *Metaphysica*, Z5, 1031a2: ‘solius substantie est diffinitio’ – recensio Guillelmi.

¹⁰ Aristoteles, *Topica* VI, 4, 141b25–28; *Auctoritates* 328 (93): ‘Omnis bona definitio debet constare ex genere et differentiis, quia ista sunt priora et notiora quam species quae definitur’ (Aristoteles, *Topica*, Z4, 141b25–28).

¹¹ Aristoteles, *Metaphysica* VII, 12, 1037b29–30; *Auctoritates* 130 (184): ‘Nihil aliud debet esse in definitione nisi genus et differentia’ (Aristoteles, *Metaphys.*, Z12, 1037b29–30).

¹² *Isagoge*, III, 8 (10, 19–21): ‘Et his maxime opus est ad divisiones generum et definitiones, sed non his quae secundum accidentis inseparabiles sunt, nec magis his quae sunt separabiles’.

¹³ *Isagoge*, III, 8 (10, 18): ‘(...) specificae omnes vocantur’.

de Deo, quia secundum diversas rationes. Nam de materia verificatur tamquam de subiecto anime rationalis, et est terminus communis accidentalis, sicut superius dictum est;¹⁴ et de homine verificatur tamquam connotans partem eius essentialiem; et de Deo verificatur tamquam de utente ratione, vel tamquam de isto quod ratiocinatur; et de anima verificatur tamquam connotans eius operationem.

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista quod, si corpus celeste non componatur ex corpore et anima intellectiva, tunc diffinitio istius differentie ‘rationalis’ secundum quod est differentia specifica et diffinitio hominis, est una et eadem diffinitio saltem aliquando diffinitio hominis, utpote ista ‘aliquis habens animam intellectivam tamquam partem sui essentialiem’, et potest dici diffinitio naturalis hominis.

〈AD 1.〉 Ad primum igitur principale dicitur concedendo conclusionem, quia hec differentia non est constitutiva realiter Dei, nec etiam logicaliter, quia non constituit eius diffinitionem proprie dictam, et hoc accipiendo ‘Deum’ proprie, sed accipiendo ‘Deum’ transsumptive, scilicet pro corpore celesti, tunc, si tale corpus sit compositum ex materia et animam intellectiva, ista differentia *rationale* et *(im)mortale* est constitutiva logicaliter Dei, quia est constitutiva diffinitionis ipsius, et est constitutiva alicuius termini convertibilis cum eo, quia tunc corpus celeste est animal rationale immortale, et hoc convertibiliter et diffinitive, semper accipiendo ‘rationale’ secundum quod est differentia specifica. Et sic forte intelligit Porphirius, quia secundum principia Aristotelis septimo *Metaphysice*¹⁵ tradita nullum potest communem differentiam specificam.

〈AD 2.〉 Ad secundum dicitur concedendo quod convertitur cum Deo et cum corpore celesti, et ulterius quod nulli alteri competit sub ista ratione, quia nec angelus, nec anima intellectiva est rationalis et immortalis habens animam intellectivam tamquam partem sui essentialiem.

〈AD 3.〉 Ad tertium dicitur concedendo quod potest assumere sibi naturam mortalem, et taliter denominari extrinsece ‘mortalis’, sed non *(secundum naturam)* sui propriam, sed sicut in proposito loquor. Et ulterius dicitur quod Deus, cuius *rationale immortale* est differentia specifica, non potest sibi assumere tamquam naturam talem, quia sic accipitur pro corpore celesti.

¹¹ habens] hominis *E* ¹⁹ ipsius] *seq. lac. 2 litt. E* ²¹ immortale] *2 litt. (?) add. necnon del. et exp. E* ²⁴ nullum] *seq. lac. 2 litt. E* ³¹ naturam] *seq. lac. 7 litt. E*

¹⁴ Videas supra, DIST. 1.

¹⁵ Locus non inventus.

⟨AD 4.) Ad quartum patet per iam dicta, quia conceditur quod ‘Deus’ proprie acceptus nullam differentiam specificam habet.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM) Ad argumentum in oppositum dicitur quod Porphyrius vel accipit ibi ‘Deum’ improprie sive transsumptive
5 pro corpore celesti, vel loquebatur ponendo exempla introductoria puerorum, | non ut ita sint sed ut sentiant qui addiscunt, vel secundum aliquam opinionem antiquam que posuit Deum componi ex materia et anima intellectiva. 35^{rb}

5 loquebatur] seq. lac. 8 litt. E

〈QUESTIO 36〉

Consequenter queritur utrum eadem differentia
sit discretiva generis et constitutiva speciei.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Nulle actiones opposite competunt eidem precise; sed dividere et 5
constituere sunt actiones opposite; igitur dividere et constituere non
competunt eidem precise; igitur una et eadem differentia non est divisiva
et constitutiva. Maior elicitor ex ista propositione Aristotelis, primo *De
generatione*:¹ ‘idem in quantum idem, facit idem’, et minor est nota de se.

⟨2.⟩ Item. Nulle species ex opposito aliquid dividentes sunt eadem; sed 10
differentia divisiva et differentia constitutiva sunt species ex opposito
aliquid dividentes; igitur differentia divisiva et constitutiva non sunt
eadem, igitur una et eadem differentia non est divisiva et constitutiva.
Maior est de se nota. Et minor patet per istum textum Porfirii,² quo
dicitur: ‘rursus eorum que sunt per se differentiarum, alie quidem sunt 15
secundum quas dividimus genera in species, alie secundum quas ea que
divisa sunt, specificantur’.

⟨AD OPPOSITUM, I⟩ Ad oppositum arguitur: omnis differentia divisiva
alicuius generis constituit aliquam speciem; igitur omnis differentia divi- 20
siva generis est constitutiva speciei. Consequentia nota. Et antecedens
patet inductive, nam ista differentia *corporea* divisiva istius generis quod
est substantia, constituit istam speciem que est corpus. Et ista differen-
tia *animatum* divisiva corporis constituit istam speciem *vivum*, et sic de
quibuscumque aliis poterit fieri inductio.

5 eidem] eodem *E* 6 actiones] compo *add. necnon del. E*

1 Vel potius Aristoteles, *De generatione et corruptione* II, 10, 336a27–28: ‘idem enim
et similiter habens semper idem innatum est facere’ – tr. vetus. *Auctoritates* 170
(43): ‘Idem manens idem semper aptum natum est facere idem.’ (Aristoteles, *De
generatione et corruptione*, B10, 336a27–28).

2 *Isagoge*, III, 8 (10, 2–4): ‘(...) rursus earumque sunt per se differentiarum aliae
quidem sunt secundum quas dividimus genera in species, aliae vero secundum quas
haec quae divisa sunt specificantur (...)’

Item, confirmatur per istum textum, quo dicitur, capitulo de *differen-*
tia:³ ‘he quidem que sunt differentie divisive generum, completive sunt
 et constitutive specierum’.

⟨AD OPPOSITUM, II⟩ Item, hoc patet per textum sequentem,⁴ quo dici-
 tur: ‘quoniam ⟨ergo⟩ eadem, alio modo quidem concepte, sunt constitu-
 tive, alio modo autem divisive, omnes specificē vocantur’.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ In ista questione presuppositis premissis distinctio-
 nibus, prima conclusio est ista quod omnis differentia divisive generis
 per se est constitutiva alicuius speciei per se, idest: apta nata constituere
 aliquam speciem si non penuria nominum impedit. Ista patet sufficien-
 ter per predicta,⁵ quia potest probari inductive, sicut predictum est.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod aliqua dif-
 ferentia divisive generis dividens aliquod genus non constituit aliquam
 speciem. Sic ista differentia *animatum* que dividit hoc genus *corpus* non
 constituit aliquam speciem saltem substantialem, quia non constituit ali-
 quam speciem nisi esset hoc quod dico ‘vivum’, vel hoc quod dico ‘corpus
 animatum’; sed neutrum istorum est species, nam primum non est spe-
 cies, quia non predicatur in quid, sed in quale, ut si queratur qualis est
 planta, vel quale est hoc corpus, | convenienter respondetur quod sit
 vivum. Nec secundum est species, quia non predicatur primo in quid,
 quia non nisi ratione alterius partis. Igitur videtur quod non sit aliqua
 species quam constituit ista differentia *animatum* quamvis sit constitu-
 tiva, idest: apta nata ad constituendum si talis species esset. Et loquor de
 constistutione logicali, sicut prescriptum est in precedentibus questioni-
 bus.

Et si instetur contra istam conclusionem per istum textum quo dicitur
‘ea quidem que est animati et sensibilis differentia constitutiva est sub-
stantie animalis’, dico breviter quod, quamvis ista differentia composita
animatum sensibile constituat istam speciem *animal*, propter hoc tamen
non oportet quod ista differentia *animatum* constituat aliquam speciem.

35^{va}

2 he] hee E 5 ergo] consequens E | eadem] heedem E 9 constitutiva] speciei add.
 necnon del. et exp. E

3 *Isagoge*, III, 8 (10, 8): ‘Sed hae quidem quae divisae sunt differentiae generum,
 completivae fiunt et constitutivae specierum (...)’

4 *Isagoge*, III, 8 (10, 13–14): ‘Quoniam ergo eaedem aliquo modo quidem acceptae
 fiunt constitutivae, aliquo modo autem divisiveae, specificae omnes vocantur’.

5 Videas supra, AD OPP., I.

Et si dicatur quod ista differentia *sensibile* sufficienter constituit istam speciem *animal*, quia cum ea convertitur, quia omne sensibile est animal, et omne animal est sensibile, *(ergo)* frustra additur ista differentia specifica *animatum*, *ad hoc breviter dicitur* quod, quamvis hec differentia *sensibile* accepta active secundum quod convertitur cum isto quod est potens formare, vel cum isto *(quod est)* habens animam formativam, convertitur cum ista specie *animal*, et ut sufficienter constitueret istam speciem *animal*, tamen ad removendum *(equivocationem)* huius differentie *sensibile* et expressius et manifestius exprimendum substantiam animalis, convenienter additur ista differentia *animatum*, sicut infra diffusius patebit suo loco.⁶

Pro iam dictis est sciendum quod non omnia exempla auctoris possint accipi ut ita sint, sed ut sentiant qui addiscunt.

(AD 1.) Ad primum igitur principale dicitur concedendo maiorem, scilicet quod nulle actiones opposite realiter competunt eidem agenti naturaliter, distinguendo agens naturale contra agens ex opposito. Et ulterius dicitur quod non semper dividere et constituere sint actiones opposite, nam una et eadem actio que est divisio *(respectu)* unius, est constitutio *(respectu)* alterius. Et ita est in proposito.

(AD 2.) Ad secundum dicitur quod Porphyrius per istum textum non vult intelligere aliud nisi quod quedam differentie sunt divisive, et quedam sunt constitutive, ita quod iste due proprietates que sunt dividere et constituere, competunt differentiis, et utrum eisdem vel diversis, postea declarat.⁷ Unde accipit istum terminum ‘alie’ loco istius termini ‘alique’, vel si voluimus accipere textum de virtute sermonis, tunc ad hoc nullum sequitur inconveniens, quia clarum est quod alie differentie sunt divisive, quia omnes alike sunt alie, et omnes alike sunt alike.

(AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM, I) Ad primum igitur in oppositum dicitur concedendo textum sicut patet per primam conclusionem; sed ex hoc non sequitur quod omnis differentia divisiva generis constitutio

³ ergo] genus *E* ⁸ equivocationem] eius vocationem *E* ¹⁸ respectu] idem *E*
¹⁹ respectu] idem *E* ²⁸ igitur] primum *add. necnon del. E*

⁶ Videas infra, Q. 38 AD 2., Q. 39 CONCL. 3.

⁷ *Isagoge*, III, 8 (10, 8): ‘Sed hae quidem quae divisivae sunt differentiae generum, completivae fiunt et constitutivae specierum’.

speciem, quia non est idem *esse constitutivum* et *constituere*, sicut non est idem *esse calefactivum* et *calefacere*. Unde ignis dicitur ‘calefactivus’ quia aptus natus est | calefacere, si calefactibili assit. Et similiter differentia 35^{vb} dicitur ‘constitutiva’, quia apta nata est constituere speciem, si species 5 assit.

⟨AD ARGUMENTA IN OPPOSITUM, II⟩ Et per hoc patet ad secundum.

2 calefactivus] calefactiva *E* 3 calefactibili] calefactive *E*

⟨QUESTIO 37⟩

Consequenter queritur utrum differentia
specifica sit necessaria ad divisionem generis.

⟨1.⟩ Et primo ⟨arguitur⟩ quod non:

nihil est necessarium ad aliquam divisionem faciendam sine qua divi- 5
sio potest fieri; sed divisio generis potest fieri sine differentia speci-
fica; igitur differentia specifica non est necessaria ad divisionem generis.
Maior est de se nota. Et minor probatur, quia genus potest dividi per
sua accidentia, cuiusmodi est divisio ista: animalium aliud album, aliud
nigrum, aliud medium in qua divisione nulla est differentia specifica. 10

⟨2.⟩ Item. Potest fieri per propria, cuiusmodi est talis divisio: anima-
lum aliud risibile, ⟨aliud⟩ hinnibile, ⟨aliud⟩ rudibile. Et in nulla tali divi-
sione habetur differentia specifica. Ergo conveniens divisio generis potest
fieri sine aliqua divisione specifica.

Et si dicatur quod, quamvis genus potest dividi sine differentia speci- 15
fica accidentaliter, non tamen per se, *contra hoc arguitur*: omnis divisio
qua genus dividitur in suas species, est divisio per se; sed sine differen-
tia specifica genus potest dividi in suas species; igitur sine differentia
specifica genus potest dividi per se. Maior videtur nota. Et minor decla-
ratur, quia, si genus dividatur per proprias passiones suarum specierum, 20
dividitur in suas species, ut si talis fiat divisio animalium: aliud risibile,
aliud hinnibile, nam *risibile* constituit speciem humanam, quia converti-
tur cum *homine*, et *hinnibile* speciem equinam. Igitur genus dividitur in
suas species sine differentia specifica.

⟨3.⟩ Item. Si genus divideretur convenienter per differentiam speci- 25
ficam, sequeretur quod talis divisio esset conveniens: animalium aliud
rationale, aliud irrationale. Consequentia est de se nota. Et consequens
est falsum; igitur et antecedens. Falsitas consequentis declaratur, quia per
omnem divisionem convenientem generis vel genus dividitur acciden-
taliter, vel substantialiter; sed per predictam divisionem non dividitur 30

² queritur] queritur corr. ex sequitur E 10 medium] vatium (?) E 12 aliud] inter
E | aliud] alio E | tali] differentia add. necnon del. et exp. E 15 quod] querens add.
necnon del. E 26 sequeretur] sequitur E | quod] quod iter. E

genus accidentaliter, sicut per se notum est; nec etiam substantialiter, quia sic sequeretur quod divideret suas species. Sed consequens est falsum, quia irrationale non constituit aliquam speciem animalis. Et si constituat, detur ista.

- 5 ⟨4.⟩ Item. Si sic, tunc ista esset divisio conveniens: animalium aliud rationale corruptibile sive mortale, aliud immortale, et sic de differentiis specificis animalis. Sed consequens est falsum, secundum patet per Boethium, suo libro *Divisionum*,¹ qui dicit quod omnis bona divisio bene data debet esse tantummodo bimembris; et per consequens ⟨non⟩ debet

10 esse trimembbris.

Item, per eundem Boethium *ibidem*² dicitur quod omnis bona divisio debet fieri per negationem; sed in predicta divisione non est negatio; igitur non est conveniens.

- ⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius in isto textu³ quo dicit
15 loquens de differentiis specificis: ‘et | hiis opus est maxime ad divisionem 36^{ra}
generis’.

- ⟨DISTINCTIO⟩ Distinctio in ista questione premittenda est ista, quod duplex est divisio: quedam est realis et quedam logicalis. Realis dicitur ista, qua partes alicuius essentiales, vel integrales, ⟨sed de tali nihil ad⟩
20 presens est dicendum. Divisio vero logicalis est multiplex: nam quedam est que fit per negationem, et quedam que fit ⟨per⟩ contradictionem disiunctivam, et quedam que fit per utrumque, et quedam per alietatis negationem.

- Per negationem, sicut in propositione negativa predicatum dividitur
25 a subiecto, idest: negatur a subiecto. Per disiunctivam contradictionem, sicut quando aliquid alicui attribuitur disiunctive vel disiunctum, ut ‘Sortes tacet vel loquitur’, ‘uterque istorum est Sortes vel Plato’ determinatis Sorte et Platone. Per utrumque, ut ‘Sortes est asinus, vel Sortes non est asinus’. Et hoc semper fit quando una pars divisionis disiunctive est

6 mortale] immortale *E* 17 in] est *E* 20 logicalis] logicaliter *E*

1 Cf. Boethius, *De divisione*: ‘constat quaecumque a se aliqua oppositione differunt eas solas differentias sub genere positas genus ipsum posse disiungere.’ (PL 64, 881D).

2 Boethius, *De divisione*: ‘oppositio est quae est secundum affirmationem et negationem.’ (PL 64, 881D).

3 *Isagoge*, III, 8 (10, 19): ‘Et his maxime opus est ad divisiones generum (...)

negativa vel de negato extremo. Per alietatis negationem, sicut quando dividitur in sua contenta. Et hoc dicitur scilicet per accidens vel per se. Per accidens, ut animalium aliud album, aliud nigrum. Per se adhuc dividitur, quia vel primo modo dividitur per se, vel secundo modo. Primo modo sicut quando aliquid dividitur in sua contenta per se per aliquid quod eis competit. Primo modo dividitur per se utpote per differentiam specificam, ut animalium <aliud rationale, aliud irrationale. Secundo modo sicut quando aliquid dividitur> in sua per se contenta per proprietates contentorum sive per aliqua propria, ut animalium aliud risibile, aliud hinnibile.

10

<CONCLUSIO PRIMA> Prima conclusio est ista quod nulla differentia est necessaria ad divisionem generis, quia sine differentia potest genus dividiri; igitur nulla differentia est necessaria ad divisionem generis. Consequentia est nota. Et maior patet per predicta.

<CONCLUSIO SECUNDA> Secunda conclusio est ista quod nulla differentia est necessaria ad divisionem generis in suas species, quia genus potest dividi sine differentia a suis speciebus; igitur nulla differentia est necessaria ad divisionem generis in suas species. Consequentia patet. Et antecedens declaratur, quia genus potest dividi in suas species per suas species, utpote tali divisione: animalium aliud homo, aliud asinus, in qua divisione nulla ponitur differentia.

<CONCLUSIO TERTIA> Tertia conclusio est ista quod omnis differentia est necessaria ad divisionem generis in suas species per se primo modo. Et patet ista conclusio per secundam conclusionem, quia genus potest dividi per suas <species> in suas species per se primo modo, quia de talibus speciebus tale genus predicitur per se primo modo, et etiam una species de seipsa.

<CONCLUSIO QUARTA> Quarta conclusio est ista quod nulla differentia specifica est necessaria ad divisionem generis in suas species secundo modo per se, quia talis divisio potest fieri per proprium quod competit tali speciei per se secundo modo, ut si fiat talis divisio: animalium aliud risibile, aliud hinnibile, in qua divisione nulla ponitur differentia specifica, et tamen genus dividitur in suas species, idest: per aliqua que contrahunt genus ad standum pecise pro suppositis talium specierum,

¹ de] de add. sup. lin. E ²⁰ asinus] aliis E ³² divisione] ni(?) add. necnon del. E 34–355.2 pro suppositis talium specierum, sicut hoc proprium risibile contrahit hoc genus animal ad standum precise] pro suppositis talium specierum, sicut hoc proprium ‘risibile’ contrahit hoc genus ‘animal’ ad standum precise corr. mg. E

sicut hoc proprium *risibile* contrahit hoc genus *animal* ad standum precise proprie pro suppositis ‘hominis’.

- ⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Quinta conclusio est ista quod ad divisio⟨nem⟩ generis in suas species per se primo modo formaliter, est | aliqua differen-^{36^{rb}}
 5 tia specifica necessaria necessitate conditionata. Et hoc est dictum quod talis conditionalis est necessaria. Si genus dividitur in suas species per se primo modo formaliter, dividitur per aliquam differentiam specificam. Ista conclusio declaratur, quia omne quod dividit genus, vel est species, vel individuum, vel est proprium, vel accidens, vel differentia specifica.
 10 Sed species non dividit genus per se primo modo formaliter, tum quia non accipitur a forma, tum quia non complet formaliter diffinitionem speciei. Et per idem etiam patet quod individuum non dividit genus formaliter, nec etiam genus dividit in suas species. Et manifestum est quod nec proprium, nec accidens dividit genus proprie primo modo in suas
 15 species. Relinquitur ergo quod sola differentia specifica dividit genus per se primo modo formaliter in suas species, vel saltem differentie specificie, quia proprie loquendo nulla divisio potest fieri sine pluribus dividentibus. Et ad istum intellectum loquitur Porphyrius,⁴ quando dicit quod hiis opus est maxime ad divisionem generum in suas species.
 20 ⟨AD 1.⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo conclusionem, scilicet differentia specifica non est necessaria ad divisionem generis. Est tamen necessaria necessitate conditionata ad divisionem generis per se primo modo formaliter in suas species, et hoc ad intellectum predeterminatum.
 25 ⟨AD 2.⟩ Ad secundum patet per idem, quia conceditur quod genus potest dividi per sua propria in suas species per se, tamen non primo modo formaliter.
 30 ⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur concedendo quod per talem divisionem genus dividitur substantialiter. Et ulterius dicitur quod *irrationale* est differ-
 entia specifica que dividit genus in suam speciem saltem mentalem, quamvis nulla species sit imposta ad significandum. Et vocetur ad pre-sens ista species *A*, que quidem species alienando significet omnis animal
irrationale.

² precise] pro add. *necnon del.* *E* | suppositis] supponitur *E* ²³ formaliter
 formalem *E* | species] per se non tamen primo modo formaliter add. *necnon del.* et exp. *E*
²⁶ dividi] substantialiter. Et ulterius dicitur add. *necnon del.* et exp. *E* ³² alienando]
 alida *E*

⁴ *Isagoge*, III, 8 (10, 19): ‘Et his maxime opus est ad divisiones generum (...)’

⟨AD 4.⟩ Ad quartum dicitur quod Boethius loquitur *ibidem*⁵ de divisione data per negationem ad conclusionem ⟨disiunctivam⟩ que fit communiter in predicata contradictentia, vel que petit alteram partem contradictionis, vel que petit, vel que dat, alteram partem contradictionis, cuiusmodi est ista: ‘Sortes currit vel Sortes non currit’, ‘Sortes est homo vel Sortes non est homo’. Et talis semper debet dari per negationem, et est precise bimembris, et sic intelligit Boethius. Vel potest dici quod ipse loquitur de differentia compendiosiori que est magis distributiva, et talis semper est bimembris, et, ut communiter, fit per negationem.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum satis patet per predicta, quia Porphirius loquitur *ibidem* de divisione generis per se primo modo formaliter.

² conclusionem] *seq. lac.* ⁵ *litt.* + veram *E* ^{3–4} contradictionis] contradictionem *E*
⁴ contradictionis] contradictionem *E* ⁷ *sic*] tunc *E* ¹² formaliter] formali *E*

⁵ Boethius, *De divisione*. (PL 64, 881D).

〈QUESTIO 38〉

Consequenter queritur utrum differentia specifica
sit necessaria ad diffinitionem faciendam.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

5 Nulla differentia specifica est necessaria ad diffinitionem faciendam sicut ad diffinitionem datam per additamentum, quia talis diffinitio potest fieri per proprium, sicut patet per Aristotelem, septimo *Metaphysice*.¹ Nec etiam est necessaria ad diffinitionem | differentia specifica. Et 36^{va} quod non sit necessaria ad diffinitionem propriissime dictam, declaratur: nulla differentia specifica est necessaria ad diffinitionem manifeste exprimende(m) essentiam diffiniti; igitur nulla differentia specifica est necessaria ad diffinitionem propriissime datam. Ista consequentia patet, quia omnis diffinitio manifeste exprimens essentiam diffiniti est diffinitio propriissime dicta. Et antecedens declaratur, quia in ista diffinitione 10 ‘homo est corpus et anima intellectiva essentialiter unita’ non ponitur aliqua differentia specifica, et tamen ista diffinitio manifeste exprimit essentiam diffiniti, quia exprimit utramque partem essentialiem, scilicet tam materiam quam formam hominis; igitur nulla differentia specifica est necessaria ad diffinitionem que manifestissime exprimit essentiam diffiniti.

20 ⟨2.⟩ Item. Nulla differentia specifica est necessaria ad diffinitionem propriissime dictam que connotat aliquod extrinsecum; sed omnis differentia specifica connotat aliquod extrinsecum; igitur nulla differentia specifica est necessaria ad diffinitionem propriissime dictam. Maior 25 elicetur ab Aristotele, septimo *Metaphysice*,² ubi vult quod diffinitio

8 specifica] est necessaria add. E 11 exprimendem] esses add. necnon del. E 19 est]
ex E 24 specifica] seq. lac. 5 litt. E add. 1 litt(?) E

1 Aristoteles, *Metaphysica*, VII, 1031a1–3: ‘Palam itaque quia solius substantie est diffinitio. Nam et si aliarum categoriarum, necesse est ex additione esse.’ Cf. *Auctoritates* 129 (164): ‘Definitio accidentium fit per additamentum, scilicet substantiae.’ (Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, VII, lect. 4, n. 1345. Cf. Aristoteles, *Metaphys.*, Z5, 1031a1–3).

2 *Auctoritates* 129 (163): ‘Definitio est sermo indicans quid est esse rei per essentialia.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, Z5, 1031a12–13).

propriissime dicta debet dari per essentialia et non per aliquod extrinsecum connotativum. Diffinitionem factam per proprium vocat Aristoteles ibidem ‘diffinitionem datam per additamentum’, eo quod ‘proprium’ connotat aliquod extrinsecum quasi superadditum essentie diffiniti. Et minor declaratur, scilicet quod omnis differentia specifica connotat aliquod extrinsecum, quia omnis differentia specifica connotat actum nobis 5 lorem diffiniti, sicut hec differentia specifica *animatum sensibile* connotat actum sciendi, et hec differentia specifica *rationale mortale* connotat actum ratiocinandi, sed hoc proprium *risibile* connotat actum ridendi, et hoc proprium *hinnibile* actum hinniendi. Igitur pari ratione qua nulla 10 diffinitio propriissime dicta potest dari per proprium quia connotat aliquod extrinsecum, igitur nulla diffinitio propriissime dicta potest dari per differentiam specificam, que connotat aliquod extrinsecum.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius in textu superius alligator,³ quo dicit: ‘et hiis opus est maxime ad divisiones generum et diffinitionem specierum’. Sed non est necesse hiis que sunt secundum accidens inseparabiles, ex quo plane patet quod Porphyrius vult dicere quod differentia specifica sit necessaria ad diffinitionem propriissime dictam. Sed proprium non est necessarium ad talem diffinitionem. 15

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio est ista quod triplex est diffinitio, nam quedam est diffinitio quid nominis, et quedam est oratio descriptiva sive descriptio, et quedam est diffinitio propriissime dicta. 20

Diffinitio vero quid nominis est oratio compendiosa indicans quid nomen significat. Et accipitur hic ‘nomen’ largissime secundum quod convertitur cum ‘dictione’, sive talis dictio sit verbum, sive nomen acceptum stricte, sive composita sive simplex. Talis diffinitio quid nominis adhuc accipitur dupliciter, scilicet proprie et communiter. Proprie sci- 25 licet, quando convertitur cum diffinito. Communiter, quando extendit 36^{vb} se ad orationem indicantem quid nomen | significat, quamvis talis oratio non convertitur cum diffinito. 30

² connotativum] connotantia *E* | per] per *sup. lin. E* ⁴ superadditum] subadditum *E* ⁹ ratiocinandi] -cinandi *sup. lin. Ec*; cui additur *add. necnon del. E* ¹⁴ superius superius iter. *E* ²¹ quid] quid *sup. lin. Ec* ²³ nominis] adhuc accipitur dupliciter *add. necnon del. E* ³⁰ convertitur] de *add. necnon del. et exp. E*

³ *Isagoge*, III, 8 (10, 19): ‘Et his maxime opus est ad divisiones generum (...)’

Descriptiva vero diffinitio est oratio compendiosa indicans essentiam diffiniti per genus <et> per proprium sive per propria talis diffiniti. Et ista vocatur ab Aristotele, septimo *Metaphysice*,⁴ ‘diffinitio data per additamentum’, quia datur per aliquid quod connotat aliquod extrinsecum, de 5 qua connotatione inferius in ista questione plus patebit.

Diffinitio vero propriissime dicta est oratio compendiosa indicans essentiam diffiniti per essentialia sive per substantialia, idest: per terminos non connotantes aliquid extrinsecum essentie rei diffinitae. Et talis diffinitio subdividitur secundum quod elicetur ab Aristotele, primo *De 10 anima*,⁵ nam: quedam est naturalis, et quedam est dialectica.

Diffinitio vero naturalis est oratio compendiosa indicans essentiam diffiniti per substantialia, secundum substantialium aliquid significat specialiter materiam rei diffinitae, ut si diffiniatur domus sic: ‘domus est substantia composita ex fundamento, lapide et parietibus, lignis et tecto, 15 stramento’, vel aliquid consimile, quod specialiter significat vel connotat materiam rei distincte, vel formam talis rei existere in tali materia.

Diffinitio vero dialectica est oratio compendiosa indicans essentiam rei distincte per substantialia, quorum substantialium aliquid significat, vel connotat formam rei diffinitae, et utrum<que> significat specialiter, 20 vel connotat materiam vel formam, ut si ‘domus’ sic diffiniatur: ‘domus est quod dicitur protectivum a pluvii et ventis, scilicet caloribus et frigetudinibus’, vel: ‘domus est quod dicitur protectivum a passionibus aeris’.

Et dicitur prima diffinitio ‘naturalis’ propter hoc quod naturalis philosophaus specialiter inquirens naturam rei, et eius principia essentialia exprimit per diffinitionem suam principia naturalia rei diffinitae. Secunda vero diffinitio dicitur ‘dialectica’, quia dialecticus non ita profunde

³ diffinitio] diffinito *E* ⁴ extrinsecum] quod *add. E* ⁷ essentialia] -lem *add. necnon del. E* ¹¹ vero] vero *sup. lin. E* ¹³ domus] domum *E* ¹⁹ rei] *dis add. necnon exp. E* ²¹ dicitur] contentivum *add. E*

⁴ Cf. *Auctoritates* 129 (164): ‘Definitio accidentium fit per additamentum, scilicet substantiae.’ (Cf. S. Thomas, *In Metaphys.*, vii, lect. 4, n. 1345. Cf. Aristoteles, *Metaphys.*, Z5, 1031a1–3).

⁵ Aristoteles, *De anima* I, 1, 403a28–30. Cf. *Auctoritates* 175 (12): ‘Triplex est definitio: una quae datur ad materiam tantum, ut cum dicitur domus est quid constans ex lapidibus et lignis; alia est quae datur per formam tantum, ut cum dicitur domus est quoddam cooperimentum defendens nos a caumatibus et imbris; tertia quae datur per utrumque, scilicet cum dicitur domus est cooperimentum quoddam defendens nos a caumatibus et imbris constans ex lapidibus et lignis.’ (Aristoteles, *De anima*, A1, 403b3–7).

speculator, nec ita exquisite inquirit de principiis naturalibus rei, sed sufficit sibi per aliquam opinionem devenire ad formam rei, et ipsam quoddammodo in diffinitione exprimere.

Unde diffinition naturalis est duplex, nam quedam distincte exprimit materiam tantum, et quedam tam materiam quam formam, sive finem, quia forma et finis intrinsecus coincidunt. Et ista est diffinition propriissime naturalis, ut si ‘domus’ sic diffiniatur: ‘domus est quoddam compositum ex lignis et lapidibus protectivum a passionibus aeris’, vel si ‘homo’ sic diffiniatur: ‘homo est animal compositum ex corpore et anima intellectiva’.
10

Diffinition vero dialectica vocatur sicut predictum est, que fit cum expressione forme vel finis in diffinito, ut si ‘homo’ sic diffiniatur: ‘homo est rationale mortale’.

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod aliquid dicitur ‘extrinsecum’ dupliciter: uno modo quia non est ipsummet, nec aliqua eius pars essentialis vel integralis, sed visus nec est albedo nec aliqua pars albedinis. Et ideo ista diffinition ‘albedo est color disaggregatus visus’ datur per extrinsecum. Alio modo accipitur ‘extrinsecum’ largius pro illo *B* quod nec est ipsamet res cui dicitur extrinsecum, nec est aliqua pars istius rei, nec principalis actus vel operatio talis rei. Et isto modo 20
37^{ra} actus intelligendi sive ratiocinandi non est aliquod extrinsecum | homini, quamvis secundum communem opinionem sit accident superadditum, nec etiam actus sentiendi est extrinsecus animali, vel actus vegetandi ipsi plante.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista, quod omnis diffinition est oratio compendiosa, sicut satis ex predictis elici potest. Patet etiam per Aristotelem, sexto *Topicorum*.⁶ Unde, quamvis ista alia oratio indicet essentiam rei, vel quid nominis et non compendiose, non est diffinition eius, ut si ‘homo’ sic indicetur: ‘homo est substantia habens duas manus

1 de] primis add. *necnon del.* *E* 2 opinionem] operationem *E* | et] propter add. *necnon del.* *E* 5 finem] formam *E* 7 diffiniatur] et add. *E* 17 diffinition] ad add. *necnon del.* *E* 21 extrinsecum] homini, quamvis secundum communem opinionem add. mg. *E*. *Idem textus invenitur initio f. 37^{ra}.* Sub columna f. 36^{ra} hec littera ‘P. scripta est. 22 accident superadditum] sive additum *E* 26 Patet] per add. *E*

6 Aristoteles, *Topica*, vi, 1, 139b13–17: ‘omne quod appositum est in diffinitione superfluum’ – tr. Boethii. *Auctoritates* 328 (83): ‘Oportet definientem planissima interpretatione uti eo quod causa cognoscendi traditur definitio, unde definitio non debet esse obscura, nec aliquid superfluum continere.’ (Aristoteles, *Topica*, Z1, 139b13–17).

et decem digitos et duos pedes, potens sentire et potens intelligere et potens ridere'. Ista oratio, quamvis indicet essentiam rei, non tamen est diffinitio eius, quia non est compendiosa.

- 5 ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista, quod omnis diffinitio est eque nota vel notior diffinitio; aliter non indicaret diffinitum.

Unde, quamvis circa istam materiam multe conclusiones possent poni, cum differentie non essent ad propositum, de quibus supersedeo alias. Tamen ut principale propositum melius intelligatur, quodammodo declarabo.

- 10 ⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod omnis diffinitio est diffinitio quid nominis, quia omnis diffinitio indicat quid nomen significat, et per consequens diffinitio propriissime dicta est diffinitio quid nominis, nisi vocetur 'diffinitio quid nominis': 'oratio compendiosa per terminos predicantes primo modo per se, vel per terminos non 15 connotantes aliquid extrinsecum'.

- ⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod aliqua diffinitio proprie dicta non datur per differentiam ⟨acceptam⟩ a specie, vel a formalitate. Statim patet, quia aliqua talis diffinitio potest dari per differentiam acceptam a materia, cuius⟨modi⟩ est hec diffinitio: 'corpus est 20 substantia materialis'. Nec credo quod facile sit aliter corpus diffinire. Et ideo proprie loquendo corpus non habet diffinitionem dialecticam, sed tantummodo naturalem, sicut sequitur ex predictis.⁷

- ⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Quinta conclusio est ista quod omnis diffinitio dialectica propriissime dicta datur per differentiam specificam, quia per 25 differentiam acceptam a specie, sive a forma. Et patet per correlarium ex predictis.

- ⟨CONCLUSIO SEXTA⟩ Sexta conclusio est ista quod aliqua diffinitio proprie dicta datur per differentiam specificam connotantem aliquod extrinsecum quod non est de essentia rei cui dicitur extrinsecum. Ista 30 patet, quia ista differentia *mortale* connotat actum moriendo. Qui quidem actus sunt accidentia sibi addita; non tamen sunt tales actus extrinseci large accipiendo 'extrinsecum'.

5 aliter] personaliter E 6 istam] 2 litt.(?) add. necnon del. E 7 propositum] ideo ad primo(?) add. E; seq. lac. 2 litt. E 12 diffinitio] est add. E 14 per] dicendi add. E 17 datur] datens(?) E 21 loquendo] loco E | dialecticam] dialecticum E 29 extrinsecum] idem add. E 31 accidentalia] sunt large accipiendo sub add. necnon del. E | sunt tales] sunt tales iter. E 32 accipiendo] predictum add. necnon del. E

7 Videas supra, DIST. 1.

〈CONCLUSIO SEPTIMA〉 Septima conclusio est ista quod inter diffinitiones proprie dictas una est rationabilior alia, sicut ista expressius, compendiosius et essentialius indicat essentiam diffiniti. Et talis est diffinitio naturalis exprimens tam materiam quam formam, ut si ‘homo’ sic diffiniatur: ‘homo est substantia composita ex corpore et anima intellectiva’. 5

〈CONCLUSIO OCTAVA〉 Octava conclusio est ista quod differentie formarum non – saltem non omnes – debent poni in diffinitione, quia tunc non esset oratio compendiosa propter hoc quod homo esset sic diffiniendus: ‘homo est substantia | corporea animata sensibilis rationalis mortal’.

^{37^{rb}}

Et ideo *multi* volunt dicere quod ista non est diffinitio ‘animalis’ 10 proprio dicta: ‘animal est substantia animata sensibilis’, sed ista ‘animal est substantia animalis sensibilis’, accipiendo li ‘sensibile’ active prout stet loco istius quod est ‘potens sentire’. Sed *alii* dicunt 〈quod〉, quamvis apponantur univoce differentia superiorum ad maiorem expressionem – que quidem apposito non multum impedit compendiositatem orationis – 15 non propter hoc impeditur quin talis oratio probabiliter posset dici ‘diffinitio’. Unde stricte et proprio loquendo primum dictum plus valet.

〈CONCLUSIO NONA〉 Nona conclusio est ista: voco ‘differentiam specificam’ differentiam que 〈est〉 apta nata esse medium concludendi alia specificē differentie, et que non connotat aliquod extrinsecum large accipiendo ‘extrinsecum’; tunc omnis diffinitio proprie dicta sive naturalis, sive dialectica, datur per differentiam specificam. Et potest ista conclusio satis faciliter intelligi ex predictis. 20

〈AD 1.〉 Ad primum igitur principale dicitur concedendo quod vocando ‘differentiam specificam’ 〈ista que est〉 accepta a forma, tunc aliqua diffinitio proprie dicta potest dari sine differentia specifica, sicut patet de ista diffinitione: ‘corpus est substantia materialis’. Sed vocando ‘differentiam specificam’ ista que est apta nata esse medium concludendi alia specificē differentie, tunc nulla diffinitio proprie dicta potest dari sine differentia specifica. Et ulterius dicitur pro forma argumenti negando 25 istam consequentiam ‘aliqua diffinitio propriissime accepta potest dari sine differentia specifica; igitur nulla differentia specifica est necessaria ad diffinitionem proprie dictam’, quia ad omnem diffinitionem dialecticam est aliqua differentia specifica necessaria necessitate conditionata et non absolute, unde nulla differentia est necessaria. Et ulterius dicitur 30 35

⁸ esset] est *E* ⁹ substantia] compositum *add. necnon del. E* | substantia] quamvis *sub columnā E* | sensibilis] accipiendo li s *add. necnon del. E* ¹⁹ differentiam] esse *add. E* ²² potest] patet *E*

quod ista diffinitio: ‘homo est corpus et anima intellectiva essentialiter unita’ non fit sine differentia specifica, quia anima intellectiva est ibi differentia specifica.

Et si dicatur quod oportet differentiam specificam predicari per se et diffinito, et etiam quamlibet partem diffinitionis, *ad hoc dicitur breviter* quod hoc non oportet in diffinitione naturali, sed in diffinitione dialectica.

(AD 2.) Ad secundum dicitur negando omnem differentiam specificam connotare aliquod extrinsecum large accipiendo ‘extrinsecum’, scilicet pro isto quod non est de essentia rei ut eius actus principalis. Sed bene conceditur omnem differentiam specificam accepta a forma, vel saltem multas differentias specificas acceptas a forma, connotare aliquod extrinsecum, stricte accipiendo ‘extrinsecum’ secundum quod se extendet ad actum principalem rei, qui quidem actus non vocatur aliquod extrinsecum in proposito, scilicet quando dicitur: diffinitio proprie dicta debet dari per substantialia et per terminos non connotantes aliquod extrinsecum. Unde, quamvis connotent actum principalem istius forme a qua tales termini concipiuntur, non dicuntur tamen connotare aliquod extrinsecum et differentia superius, vel saltem multas differentias specificas propter istam differentiam specificam *animatum* que non videtur connotare aliquod actum, secundum *alios*. Et hoc puto fore verum.

(AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM) Ad argumentum in oppositum, patet qualiter scilicet Porphyrius sit intelligendus, quia ipse loquitur de differentia specifica, vocando differentiam specificam ista(m) que apta nata est concludendi alia specifice | differre. Et patet totum per predicta.

37^{va}

8 secundum] primum add. *necnon del. et exp.* E 10 est] extrinsecum add. *necnon del.* E 18 termini] termini corr. sup. lin. E 21 hoc] ad add. E 25 predicta] in omnem add. E^c

⟨QUESTIO 39⟩

Consequenter queritur utrum ista diffinitio differentie sit
bene data: ‘differentia est qua abundat species a genere’.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

Alicui competit diffinitio cui non competit diffinitum; igitur diffinitio 5
non est bona. Consequentia nota. Et antecedens declaratur, quia, sicut
species abundat a genere differentia, ita a proprio, et etiam diversis
accidentibus que universaliter competitunt speciei et non generi; sicut
omnis homo est animal ⟨rationale⟩, omnis homo est rectus, omnis homo
(est) superciliosus, et non omne animal est huiusmodi, ut patet. 10

⟨2.⟩ Item. Hec est falsa: differentia (est) in qua abundat species a
genere; igitur diffinitio non est bona. Consequentia nota, quia omnis
bona diffinitio verificatur de diffinito. Et antecedens probatur, quia:
omnis differentia que competit speciei, competit generi talis speciei;
igitur nulla differentia abundat species a genere. Consequentia videtur 15
evidens. Et antecedens probatur, quia: quidquid competit speciei per-
sonaliter sumpto, hoc competit generi personaliter sumpto. Nam, sicut
iste sunt vere: ‘homo est rationalis’, ‘homo est mortalis’, ‘homo est risi-
bilis’, ‘homo est rectus’, consimiliter iste sunt vere: ‘animal est rationale’,
‘animal est risibile’, etcetera, quia, si non, tunc arguatur sic ex opposito: 20
‘nullum animal est rationale; omnis homo est animal; igitur nullus homo
est rationalis’. Conclusio falsa; et non minor; igitur maior.

⟨3.⟩ Item. Si species abundaret differentia a genere, hoc esset quia
differentia competeteret actu speciei et non generi, sed potentia tantum,
sicut dicitur in littera.³ Sed hoc est falsum, quia sicut hec actu est vera 25
‘homo est rationalis’, ita hec actu est vera ‘animal est rationale’, et non
tantum ista ‘animal potest esse rationale’; igitur videtur quod differentia
non potius competit generi potestate et non actu quam speciei, nec e
converso.

³ abundat] habundat *sic E* 25 hec] habet *E*

¹ *Isagoge*, III, 9 (11, 3–4): ‘potestate quidem omnes habent sub se differentias, actu
vero nullam.’

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius² ubi loquens de differentiis specificis distinguendo eas contra actus separabilia et inseparabilia que sunt differentie communiter et non proprie dicte, dicit sic: ‘Quas etiam determinantes dicunt: differentia est qua abundat species a genere.’

5 ⟨DISTINCTIO⟩ Distinctio istius questionis est ista quod ‘actus et potentia’ accipiuntur dupliciter, scilicet realiter et logicaliter. Realiter secundum quod ‘materia prima’ dicitur potentia respectu forme, et ‘forma’ dicitur actus respectu materie, et etiam secundum quod ‘potentia intellectiva’ et ‘potentia visiva’ et ‘potentia auditiva’ et ⟨sic de⟩ aliis dicuntur potentie respectu actus.

Logicaliter, ut si aliquod predicatum competit alicui subiecto particulariter et non universaliter, eo quod subiectum sit in plus quam predicatum, hoc est quod subiectum sit communius quam predicatum, tunc dicitur breviter loquendo quod tale predicatum competit tali subiecto 15 tantum potentia et non actu. Et si aliquod predicatum competit alicui subiecto universaliter, tunc dicitur quod sibi competit actu quia actualitate universaliter.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod predicta diffinitio ‘differentie’ de virtute sermonis non convertitur cum diffinito. Ista conclusio patet per primum argumentum ad principale quod probat quod, 20 sicut species abundat a genere differentia, et proprio et aliquibus accidentibus. Et si dicatur quod Porphyrius diffinit ibidem differentiam in sua maxima communitate, scilicet secundum quod se extendit ad differentiam communiter dictam et ad differentiam magis proprie dictam, 25 hoc non potest esse, sicut patet ex processu littere prius allegeate, quia Porphyrius dicit ibidem³ quod differentiis specificis maxime opus est ad divisiones et diffinitiones, et non accidentibus inseparabilibus, ea, multo fortiori, nec accidentibus separabilibus. Et tunc sequitur:⁴ ‘Quas etiam

¹ loquens] Porphyrius *add. E* ¹¹ Logicaliter] universaliter *E* ²¹ differentia] respectu *add. E* ²⁷ accidentibus] non *add. necnon del. E*

² *Isagoge*, III, 9 (10, 22–11, 1): ‘Quas etiam determinantes dicunt: differentia est qua abundat species a genere.’

³ *Isagoge*, III, 8 (10, 19–21): ‘Et his maxime opus est ad divisiones generum et definitiones, sed non his quae secundum accidentis inseparabiles sunt, nec magis his quae sunt separabiles.’

⁴ *Isagoge*, III, 9 (10, 22–11, 1): ‘Quas etiam determinantes dicunt (...)? Videas supra, AD OPP.

determinantes etcetera⁸, id est quas differentias specificas; ergo Porphirius
37^{vb} intendit ibi specialiter diffinire differentiam | specificam.

(CONCLUSIO SECUNDA) Secunda conclusio est ista quod predicta diffinitio est bona secundum intellectum auctoris, scilicet si suppleatur istud quod auctor intelligit, et tunc debet sic suppleri: differentia est qua abundat actu et per se primo modo species a genere. Ista patet, quia tunc ista diffinitio competit differentie specificae et non aliis; 5 igitur diffinitio est conveniens. Consequentia videtur evidens, quia nihil aliud a differentia specifica competit speciei universaliter per se primo modo quod non competit generi talis speciei universaliter, sicut patet discurrendo 10 per singula.

(CONCLUSIO TERTIA) Tertia conclusio est ista quod aliqua differentia specifica competit generi actu. Ista patet, quia aliqua differentia specifica competit generi universaliter, sicut ista differentia specifica *sensibile* sive 15 *animatum sensibile* competit isti generi *animal* universaliter, quia omne animal est animatum sensibile.

(CONTRA I) Sed *contra istam conclusionem* instatur per textum,⁵ qui dicit quod differentia competit generi potestate, actu vero non.

(CONTRA II) Item. Si sic, tunc species non abundaret differentia a 20 generi.

(AD CONTRA I) Ad primum dicitur quod textus intelligit quod differentia divisiva alicuius generis in suam speciem non competit generi actu, id est, universaliter.

(AD CONTRA II) Ad secundum dicitur negando consequentiam, quia, quamvis actu differentia specifica competat generi universaliter quod 25 competit speciei talis generis.

(CONCLUSIO QUARTA) Et ideo quarta conclusio est ista quod nulla differentia specifica alicuius speciei competit actu generi talis speciei. Ista statim patet, quia nihil convertibile cum specie competit universaliter generi talis speciei; sed omnis differentia specifica alicuius speciei 30 est convertibilis cum ista specie cuius dicitur differentia specifica; igitur nulla differentia specifica alicuius speciei competit actu generi talis speciei.

⁸ quia] quod *E* 15 competit] h *add. necnon del. E* 18 vero] vel *E* 21–22 differentia] dist *add. necnon del. E*

⁵ *Isagoge*, III, 9 (11, 3–4): ‘(...) potestate quidem omnes habent sub se differentias, actu vero nullam.’ Videas supra, 3.

Et si dicatur quod ista differentia specifica *rationale mortale* competit universaliter isti generi *animal*, quia hec est vera demonstratis Sorte et Platone ‘uterque animal de numero animalium est rationale mortale’, et ista est universalis, igitur predicatum competit subiecto universaliter, *ad 5 istud dicitur* quod conclusio intelligitur universalitate generali per quam fit distributio pro omni supposito personaliter, et non de universalitate speciali sive restrictiva in qua restringitur subiectum ad standum pro aliis suis suppositis et non pro omnibus. Unde, quando dicit textus quod differentia specifica non competit generi actu, idest universaliter, *10 loquitur de universalitate generali sive absoluta et non speciali et restrictiva*, quia cuicunque communi aliquod predicatum competit potentia, idest particulariter, eidem competit actu actualitate restrictiva.

⟨AD 1⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo consequiam, et negando antecedens, ad intellectum auctoris superius expressum.⁶ Et *15 ad probationem*: quod, quamvis species abundaret proprio et aliquibus accidentibus a genere, non tamen primo modo dicendi per se quod subintelligitur in predicta diffinitione.

⟨AD 2⟩ Ad secundum dicitur quod sit falsum. Et ad probationem dicitur negando consequiam istam: ‘quidquid competit speciei, competit *20 generi talis speciei; igitur species non abundat differentia a genere*’ quia species non dicitur abundare differentia a genere quia aliqua differentia competit speciei que non competit generi, sed quia aliqua differentia competit speciei universaliter absolute que non competit generi talis speciei. Sed exponitur satis in supplemento predicte diffinitionis.

25 ⟨AD 3⟩ Ad tertium patet per predicta, quia non dicit quod differentia competit alicui actu ideo quia propositio in qua de ipso subiecto talis differentia verificatur, est actu vera, sed ideo quia | sibi competit universaliter absolute, et tali actualitate non competit differentie specificae generis eius speciei cuius est differentia specifica.

30 ⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum sufficienter patet per predicta.

38^{ra}

6 Videas supra, CONCL. 1.

〈QUESTIO 40〉

Consequenter queritur utrum aliqua alia
diffinitio differentie convertitur cum differentia.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non:

quia non ista diffinitio differentie qua dicitur ‘differentia est que predi- 5
catur de pluribus specie differentibus in eo quod quale’,¹ quia ista tantummodo
competit differentibus subalternis, quia differentia specialissima
non predicatur de pluribus specie differentibus.

⟨2.⟩ Item. Ista diffinitio competit pluribus accidentibus, sicut de se
notum est.¹⁰

⟨3.⟩ Nec etiam diffinitio ‘differentia est istud quod est aptum natum
dividere ista que sunt sub eodem genere’,² quia hoc etiam competit proprio,
sicut patet per Porphirium in textu ubi exemplificat de isto proprio
aptum natum navigare,³ quod quidem proprium est aptum natum dividere
hominem ab aliis animalibus.¹⁵

⟨4.⟩ ⟨Nec etiam ista diffinitio ‘differentia est qua differunt a se singula’,⁴
quia ista tantummodo competit differentie specialissime.⟩

⟨5.⟩ Nec etiam ista diffinitio ‘differentia est istud quod ad esse rei
conducit et eius quod est esse rei pars est’,⁵ quia hoc competit tam materie
quam forme quarum nulla est differentia, quia nulla est universale. Igitur,²⁰
ut videtur, nulla alia diffinitio differentie ab ista dicta ‘est qua abundat
species a genere’ est convertibilis cum diffinito, et per consequens nulla
alia est conveniens diffinitio differentie.

8 specie] specie *mg. E^c*

1 *Isagoge*, III, 10 (11, 7–8): ‘Definiunt autem eam et hoc modo: differentia est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quale sit praedicatur (...)

2 *Isagoge*, III, 11 (11, 18–19): ‘Desribunt autem huiusmodi differentias et hoc modo: differentia est quod aptum natum est dividere quae sub eodem sunt genere (...)

3 *Isagoge*, III, 13 (12, 4–5): ‘(...) neque enim quod aptum natum est navigare erit hominis differentia, etsi proprium sit hominis.’

4 *Isagoge*, III, 12 (11, 21): ‘Assignant autem etiam hoc modo: differentia est qua differunt a se singula (...)

5 *Isagoge*, III, 13 (12, 1–4): ‘Interius autem perscrutantes de differentia, dicunt (...) esse differentiam, (...) quod ad esse conduit et quod eius quod est esse rei pars est (...)

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum arguitur per Porfirium qui quasi omnes alias diffinitiones corrigens ponit istam diffinitionem ipsam, ut videtur, ultra omnes alias commendans dicens: ‘interius perscrutantes et speculantes dicunt non quodlibet eorum que sunt eodem genere sunt dividendum esse differentiam, sed quod ad esse rei convenit et eius quod est esse rei pars est.’⁶

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio istius questionis est ista quod duplex est ‘quale’, scilicet substantiale et accidentale. Quale substantiale querit de forma substantiali; quale vero accidentale querit de forma 10 accidentalis sive de alia proprietate accidentalis.

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod ‘esse’ accipitur multipliciter: uno modo pro ipsa re existente, secundo modo pro forma rei; et istis duobus modis est nomen prime intentionis. Tertio modo accipitur pro diffinitione sive descriptione; et sic est nomen secunde 15 intentionis.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod ista diffinitio ‘differentia est que predicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quale’ non convertitur ⟨cum⟩ differentia, sicut probat primum argumentum, quia non competit differentie specialissime.

20 **⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩** Secunda conclusio est ista quod ista diffinitio convertitur cum diffinito secundum intellectum auctoris, quia auctor intendit ibi diffinire differentiam specificam subalternam. Et tunc debet sic exprimi: ‘differentia specifica subalterna est istud quod predicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quale substantiali’. Et quod auctor 25 intendat loqui de differentia specifica, patet per hoc quod sequitur in littera de isto exemplo metaphysice,⁷ quo dicit auctor quod, sicut statua constat ex aere et figura tamquam ex materia et forma, ita homo communis et specialis ex genere tamquam ex materia et ex differentia tamquam ex forma. Et ideo differentia predicatur in quale substantiale quod

⁷ distinctio] est ista add. necnon del. E

⁶ *Isagoge*, III, 13 (12, 1–4): ‘Interius autem perscrutantes de differentia, dicunt non quodlibet eorum quae sub eodem sunt genere esse differentiam, sed quod ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est (...)’

⁷ *Isagoge*, III, 10 (11, 12–16): ‘Rebus enim ex materia et forma constantibus vel ad similitudinem materiae specieque constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia est aeris, forma autem figura, sic et homo communis et specialis ex materia quidem similiter consistit genere, ex forma autem differentia (...)’

querit de forma substantiali a qua accipitur differentia specifica, nam,
 38^{rb} sicut in compositione et generatione rei naturalis pre-|-supponitur materia et postea inducitur forma, ut sic habeat esse completum rei, igitur in compositione diffinitionis prima ponitur genus, et postea apponitur differentia specifica, et sic habetur diffinitio completa.

5

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista quod ista diffinitio: ‘differentia est istud quod est aptum natum dividere ista que sunt sub eodem genere’ non est convertibilis cum differentia specifica. Ista conclusio patet per textum prius allegatum,⁸ quia competit proprio, nam proprium est aptum natum dividere ista que sunt sub eodem genere, quia dividit hominem ab equo, sicut patet de ista proprietate *risibile*, et similiter etiam de ista quam tangit auctor in littera ‘aptum natum navigare’.

10

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista quod ista diffinitio convertitur cum diffinito ad intentionem auctoris, quia auctor intendit ibi tantummodo diffinire ‘differentiam’ secundum quod se extendit ad differentiam proprie dictam et magis proprie dictam, et hoc est ad proprium et ad differentiam specificam, ut sic exprimatur: ‘differentia specifica vel proprium est istud quod est aptum natum dividere ista que sunt sub eodem genere specificē’, quia licet accidentis aliquali divisione dividat ista que sunt sub eodem genere, non tamen oportet quod dividit ista specificē.

15

〈CONCLUSIO QUINTA〉 Quinta conclusio est ista quod ista propositio (‘differentia est qua differentia a se singula’) secundum intellectum auctoris est vera, quia auctor intelligit:⁹ ‘singula qua a se differunt, et est differentia’.

25

〈CONCLUSIO SEXTA〉 Ex quo sequitur correlarie ista conclusio quod aliqua diffinitio non est predicabilis de suo diffinito, quia si hoc diffinitum ‘differentia’ ponatur a parte subiecti, tunc propositio est falsa, sicut iam dictum est.¹⁰

20

Secundum correlarium est istud quod aliquod diffinitum est verificabile de sua diffinitione, quequidem diffinitio de ipso diffinito non est verificabilis, quia: de ista diffinitione ‘singula qua a se differunt’ est hoc diffinitum ‘differentia’ verificabile, quia hec est vera: ‘singula qua a se dif-

30

7 quod] habet add. necnon del. E 24 qua] con-li E 24–25 differentia] dicta E
 27 diffinitio] -to add. necnon del. E

8 Videas supra, 3.

9 *Isagoge*, III, 12 (11, 21): ‘Assignant autem etiam hoc modo: differentia est qua differunt a se singula (...)

10 Videas supra, 4.

ferunt est differentia', ut patet inductive, quia ista 'qua a se differunt' est differentia, et ista 'qua a se differunt' est differentia talis, et tamen hec diffinitio non est verificabilis de isto diffinito, sic quod de ipso vere predicitur, quia hec est falsa: 'differentia est qua differunt', vel 'differentia est singula qua differunt'.

- Verumtamen ad vitandum tales conclusiones mirabiles volunt *aliqui* dicere quod aliquando istud quod sequitur verbum, est subiectum et quid precedit, est predicatum. *Sed hoc est contra communem consuetudinem loquendi.* Ideo plus placet tenere predictas conclusiones,
- 10 non sunt multum mirabiles in proposito, quamvis non intelligentibus appareant esse mirabiles, quia tota causa quare hoc diffinitum est predicable de diffinitione et non e contra, est signum distributivum in diffinitione positum. Quod quidem signum est pars propositionis, et ideo non potest poni a parte predicati, secundum istam propositionem Aristotelis,
 - 15 primo *Perihermeneias*¹¹ 'nulla est affirmatio in qua universale universaliter sumptum predicatur.'

- Tertium correlarium est istud quod non semper diffinitio et diffinitum convertuntur, quia non semper verificantur de se mutuo universaliter et affirmative.
- 20 Et si dicatur quod Porphyrius¹² non intendit differentiam diffinire quando dicit 'differentia est qua differunt a se singula', hoc *videtur* esse contra illum textum precedentem,¹³ quo dicitur 'assignant ergo et hoc modo'. Per quem textum videtur quod Porphyrius vult dicere quod *anti-qui* diffiniunt differentiam hoc modo, et sic communiter exponitur ab
 - 25 expositoriis. Et hec dicta non sunt simpliciter affirmative | sed tam- 38^{va} quam probabilia et possibilia sustineri.

- Verumtamen *aliter potest dicere* quod forte melius distinguendo predictam propositionem secundum ampliationem sensus proprius est falsus, sicut predictum est; sensus vero transsumptivus in quo dicit eam
- 30 auctor, est verus, et tunc stat loco istius propositionis 'differentia est qua possunt prolari cui specifice differentie tamquam pars', quod accipitur a

⁴ vel] vel *E^c* ¹⁰ quamvis] quamvis *iter. E* ¹¹ tota] quod *add. necnon del. E*
¹³ quidem] po(?) est *add. necnon del. E* ²¹ esse] esse *E^c* ²⁹ transsumptivus]
 transsumptiva *E*

¹¹ Cf. *Auctoritates* 305 (11): 'Hoc signum "omnis" non est "universale" sed significat "universaliter", id est designat quod unusquisque terminus teneatur universaliter.' (Aristoteles, *De interpretatione*, 7, 17b11–12).

¹² *Isagoge*, III, 12 (11, 21): '(...) differentia est qua differunt a se singula (...)'

¹³ *Isagoge*, III, 12 (11, 21): 'Assignant autem etiam hoc modo (...)'

parte essentiali et rei. Et sic diffinitio convertitur cum diffinito, scilicet cum differentia specifica.

〈CONCLUSIO SEPTIMA〉 Septima conclusio est ista ‘quod ad esse rei conductit, et quod eius quod est esse rei pars est’,¹⁴ igitur non est diffinitio convertibilis cum differentia specifica, si accipiatur de virtute sermonis. 5 Ista statim patet, quia genus adducit ad esse rei, idest ad diffinitionem, quia est pars essentialis diffinitionis.

〈CONCLUSIO OCTAVA〉 Octava conclusio est ista quod ista diffinitio convertitur cum differentia specifica ad intellectum auctoris, quia auctor intelligit quod differentia specifica est istud quod diffinitionem proprie dictam complet, et quod est pars formalis diffinitionis proprie dicte; 10 igitur quod ista coniunctio ‘et’ stet ibi expositive, et non copulative, quia tunc ista particula addita pars superflueret, nam omne istud quod complet diffinitionem est pars formalis diffinitionis. Debet ergo sic intelligi: ‘differentia est istud quod complet diffinitionem rei proprie dictam, idest, 15 quod est pars formalis diffinitionis proprie dicte’.

Et sic patet quod ‘differentia’ habet plures descriptiones. Et *si dicatur* quod unius rei una est diffinitio, *dicitur* quod unitas ista intelligitur de unitate convertibilitatis, quia omnes diffinitiones unius rei convertuntur, nam aliter non esset quod ista diffinitio sit vera, nam unius rei possunt esse plures diffinitiones proprie dicte, utpote diffinitio naturalis et diffinitio dialetica. Iterum unius rei possunt esse plures proprietates compleentes tales descriptiones, sicut ista est una descriptio hominis: ‘homo est animal risibile’, completa per istam proprietatem *risibile*; et ista est alia descriptio hominis: ‘homo est animal susceptibile discipline’, et consimiliter secundum diversas proprietates differentie ponuntur diverse descriptiones eiusdem.²⁰

〈AD 1〉 Ad primum igitur principale dicitur concedendo quod diffinitio ‘differentia est que predicitur de pluribus etcetera’ non convertitur cum 30

¹ scilicet] scilicet *sup. lin. E^c* 4 igitur] igitur *sup. lin. E^c* 5 convertibilis] convertitur *E* 9 intellectum] intellectui *E* 14 ergo] ergo *sup. lin. E^c* 19 unitate] convertibiliter *add. necnon del. et exp. E* 30 est que] est que *sup. lin. E^c*

¹⁴ *Isagoge*, III, 13 (12, 1–4): ‘Interius autem perscrutantes de differentia, dicunt non quodlibet eorum quae sub eodem sunt genere esse differentiam, sed quod ad esse conductit et quod eius quod est esse rei pars est (...)

differentia specifica subalterna sub intellectu quo superius dictum est,¹⁵ scilicet quod li ‘quale’ accipiatur pro quali substantiali.

5 ⟨AD 2⟩ Et per hoc patet ad secundum, quia ista diffinitio non competit pluribus accidentibus, quia, quamvis accidentia predicentur in quale, non tamen in quale substantiale.

⟨AD 3⟩ Ad tertium dicitur concedendo quod ista diffinitio ‘differentia est istud quod aptum natum est dividere ista que sunt sub eodem genere’ non convertitur cum differentia specifica, ⟨sed⟩ convertitur cum differentia secundum quod se extendit ad differentiam specificam, et ad 10 proprium.

⟨AD 4⟩ Ad quartum dicitur concedendo etiam quod ista sit falsa, quod differentia est qua differunt a se singula, et hoc si accipiatur in sensu proprio, sed in sensu transsumptivo est vera, intelligendo sicut predictum est.¹⁶

15 ⟨AD 5⟩ Ad quintum dicitur quod ista diffinitio ‘differentia est quod ad esse rei conduit’ convertitur cum differentia specifica secundum intellectum auctoris, quia ibi ‘esse’ accipitur pro diffinitione proprie dicta. Et sic accipiendo ‘esse’ materia et forma non conducunt ad esse rei, quia non intransit diffinitionem, quia non sunt signa. Et patet totum per 20 predicta.

Et sic est finis questionis.

¹ intellectu] intellectum *E*

¹⁵ Videas supra, DIST. 1.

¹⁶ Videas supra, CONCL. 6.

⟨QUESTIO 41⟩

Consequenter queritur utrum proprium dicatur quadrupliciter.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non.

38^{vb} Quia nullum proprium dicitur quadrupliciter; igitur nec proprium. | Consequentia videtur evidens. Et antecedens patet inductive, quia: non 5 proprium quod convenit omni etsi non soli, dicitur quadrupliciter, nec proprium quod convenit soli sed non omni, nec proprium quod convenit omni et soli, sed non semper, nec proprium quod convenit omni et soli et semper; et omne proprium est aliquod istorum; igitur nullum proprium dicitur quadrupliciter.

10

⟨2.⟩ Item. Nullum est proprium quod convenit omni et non soli; igitur proprium non dicitur quadrupliciter. Consequentia videtur de se nota. Et antecedens declaratur, quia: capiantur omnia ista quibus competit tale proprium, tunc vel omnia illa continentur sub aliqua specie, vel sub aliquo genere, vel sub aliquo transcendentente. Si sub aliqua specie, tunc istud 15 proprium competit illi soli speciei; si sub aliquo genere, tunc competit illi soli ⟨generi; si sub aliquo transcendentente, tunc competit illi soli⟩ transcedenti. Igitur omne proprium quod competit omni, competit soli; igitur nullum est proprium quod competit omni et non soli.

15

⟨3.⟩ Item. Nullum est proprium quod competit soli et non omni; igitur 20 proprium non dicitur quadrupliciter. Consequentia videtur evidens. Et antecedens probatur, quia, si aliquod proprium competit soli, tunc istud solum vel est species vel est genus vel est transcendentens, et per consequens, si competit tali soli, competit alicui contento sub illo; igitur competit alicui alteri ab illo; igitur non illi soli, ut si hoc proprium *esse medicum* 25 competit soli homini ita quod non competit alicui alteri ab ista specie *homo*; igitur non competit alicui contento sub ista specie, vel si competit alicui contento sub ista specie *homo*, igitur non competit isti soli speciei *homo*.

25

⟨4.⟩ Item. Nulli soli homini competit; igitur non soli homini competit. 30 Consequentia nota. Et antecedens patet inductive.

11 est] est sup. lin. E^c 14 sub] se E 15 sub] sub sup. lin. E^c 16 proprium]
compedit add. necnon del. E | sub] sequitur E 26 soli] vel add. E

5. Item. Nullum est proprium quod competit omni et soli sed non semper; igitur proprium non dicitur quadrupliciter. Consequentia videtur evidens. Et antecedens declaratur, quia, si esset aliquod tale proprium, esset hoc proprium tale *canescere in senectute*, sicut patet in textu.¹ Sed 5 hoc non competit omni et soli sed non semper, quia hec est falsa: ‘omnis homo canescit in senectute’, sicud de se notum est.

6. Item. Nullum (est) proprium quod competit omni et soli et semper, quia, si aliquod esset tale, tunc hoc proprium *risibile* esset tale. Consequens est falsum, quia nullus homo est semper risibilis, quia nullus 10 homo est semper.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphyrius in littera,² qui dicit ‘proprium vero quadrifariam dividunt, etcetera’.

15 **⟨SOLUTIO QUESTIONIS⟩** In ista questione primo recitanda est una opinio reprobanda; secundo ponende sunt aliique conclusiones; tertio solvende sunt rationes principales.

⟨OPINIO COMMUNIS⟩ Circa primum est sciendum quod quondam fuit *communis opinio* quod omne proprium esset res que non est signum, sicut hoc proprium | *risibile*; *quidam* posuerunt ex parte rei unam aptitudinem ridendi existentem in homine subiective, et ad hoc ponendum 20 talibus movebantur motivis:

39^{ra}

(I) Primo, quia proprium sequitur formam specificam; et nullus terminus sequitur formam specificam.

(II) Secundo, quia proprium est inseparabile ab eo cuius est proprium; sed nullus terminus est inseparabilis.

25 (III) Tertio, quia proprium est demonstrabile de eo cuius est proprium; sed nullus terminus est demonstrabilis de aliquo.

(IV) Quarto, quia proprium per se competit illi cuius est proprium; sed nullus (terminus) per se competit alicui.

³ proprium] tale add. E 5 non] non sup. lin. E^c 14 ponende] posite E 20 motivis] mor-vus E 21 sequitur] prime add. necnon del. E 23 inseparabile] quia proprium est demonstrata add. necnon del. E

¹ *Isagoge*, IV (12, 14–15): ‘Et quod soli et omni et aliquando, ut homini in senectute canescere (...’)

² *Isagoge*, IV (12, 12): ‘Proprium vero quadrifariam dividunt’

⟨v⟩ Quinto, quia proprium non potest negari ab eo cuius est proprium, sicud risibile non potest vere negari ab homine; sed hic terminus potest vere negari ab homine, quia nullus homo est terminus.

⟨CONTRA ISTAM OPINIONEM⟩ Sed ista opinio per *modernos* studiosos perscrutantes ex toto quasi reprobatur, quia iam quasi ab omnibus ponitur, quia ‘proprium’ nihil aliud est quam terminus competens alicui per se secundo modo, et hoc precipue ‘proprie proprium’.
5

Primo, quia nihil predicatur de subiecto nisi terminus; omne proprium predicatur de suo subiecto.

Secundo, quia nihil convertitur cum suo subiecto nisi terminus; convertibilitas est proprietas terminorum sive propositionum; sed proprium convertitur cum suo subiecto.
10

Tertio, quia omne demonstrabile de suo subiecto est terminus, quia omne tale est predicable; sed proprium est demonstrabile de suo subiecto; igitur etcetera.
15

Ad istam partem multe rationes adducuntur. Que causa brevitatis obmittantur, et etiam: quasi nullus predictam opinionem tenet, et iterum quia ipsamet opinio sua evidenti irrationalitate destruit seipsam.

⟨AD I⟩ Ad primum igitur eorum motivum dicitur concedendo maiorem ad bonum intellectum, istam, scilicet, ‘omne proprium sequitur formam specificam’, idest, omne proprium verificatur de suo subiecto ratione forme specificae, vel nature specificae, et precipue proprie proprium. Et ad eundem intellectum negatur minor, ista, scilicet, ‘nullus terminus sequitur formam specificam’, quia nihil aliud quam terminus verificatur de aliquo ratione nature specificae.
20
25

⟨AD II⟩ Ad secundum dicitur concedendo maiorem, et hoc loquendo de inseparabilitate logicali et de proprie proprio. Et uniformiter loquendo negatur minor, ista, scilicet, ‘nullus terminus est inseparabilis’, quia nihil aliud est inseparabile nisi terminus, quia, si proprium esset talis res que non esset signum, tunc posset separari, saltem per potentiam prime cause; sed tentis significatis vocabulorum proprium non potest separari a suo subiecto, sicud hoc proprium *risibile* non potest vere negari ab homine per aliquam potentiam.
30

⟨AD III⟩ Ad tertium dicitur concedendo maiorem et negando minorem, quia nihil aliud quam terminus est demonstrabile.
35

¹ quia proprium] quia proprium *iter. E* 5 toto] corpositionibus *E* 17 nullus] hii corporibus *add. E* 21 specificam] quia nihil aliud quam terminus *add. necnon del. E*
²⁴ terminus] est inseparabile *add. E*; quia nihil aliud est inseparabile *add. necnon del. E*

⟨AD IV⟩ Ad quartum dicitur similiter negando minorem quod nihil competit alicui secundo modo dicendi per se nisi terminus.

⟨AD V⟩ Ad quintum dicitur negando minorem, istam, scilicet, ‘omnis terminus potest vere negari ab homine’, quia iste terminus ‘homo’ non 5 potest vere negari ab ‘hominem’, nec iste terminus ‘risibilis’.

Et ad probationem dicitur, quod, quamvis hec sit vera: ‘nullus homo est terminus’, propter hoc tamen non sequitur quod omnis terminus posset vere negari ab homine. Unde omnia ista motiva pure oriuntur ex ignorantia logice.

10 Et si dicatur quod ex predictis sequeretur | quod hoc proprium *risibile* 39^{rb} esset proprium alicuius quod impossibile esset ridere, et quod non posset esse risibile, quia esset proprium istius termini ‘homo’, et impossibile est hunc terminum ‘homo’ ridere, igitur esse risibile, *ad istud dicitur* totum concedendo, de quo plus patebit statim in conclusionibus.

15 ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Est igitur prima conclusio quod ‘proprium’ dicitur quadrupliciter, quia iste terminus ‘proprium’ accipitur quadrupliciter, sicud patet ex textu.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod hec propositio est impossibilis: ‘proprium competit soli speciei’. Demonstratur sic, quia 20 si competat alicui speciei, competit alicui contento sub tali specie, quod contentum non est talis species; igitur non competit soli speciei.

⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod ista propositio: ‘aliquid est proprium quod ⟨competit⟩ omni et non soli’ ad intellectum auctoris est vera, quia stat loco istius ‘aliquid est proprium quod competit 25 omni homini vel omni individuo istius speciei *homo*’, et non verificatur de ista specie sumpta cum dictione exclusiva, sicud hoc proprium *esse bipedem* vel *aptum natum* ⟨esse⟩ *bipedem*.

Et si dicatur quod non potius stat loco istius propositionis quam loco istius ‘aliquid proprium competit omni individuo istius speciei *asinus*’, 30 et non verificatur de ista specie *asinus* sumpta cum dictione exclusiva, *ad istud dicitur* concedendo quod non stat potius loco unius quam alterius, quia stat loco cuiuscumque talis.

⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod hec propositio est falsa: ‘aliquid proprium alicuius speciei competit omni individuo

14 conclusionibus] clusionibus E
30 dictione] ex dictione add. E

20 alicui] speciei comp add. necnon del. E

alicuius speciei', quia omne individuum est individuum alicuius speciei et nullum proprium alicuius speciei competit omni individuo.

(CONCLUSIO QUINTA) Quinta conclusio est ista quod ad intellectum auctoris hec est vera: 'aliquid est proprium quod competit soli sed non omni', quia stat loco istius 'aliquid est proprium quod verificatur *de individuo istius solius speciei, et non de omni individuo istius speciei*'. Et sic ponitur actus significatus qui debet sic exerceri: 'solus homo est medicus, et non omnis homo est medicus', et non tantum potest per istum actum exerceri, verum etiam per quemque alium consimilem, sicud per istum: 'solus homo est geometer, et non omnis homo est 10 geometer'.

(CONCLUSIO SEXTA) Sexta conclusio est ista quod istud proprium *canescere in senectute* non est tale proprium quod competit *'omni'* et soli sed non semper, quia non omnis homo canescit in senectute, quia puer non canescit in senectute.

Et si queratur quid sit dicendum ad textum auctoris, *ad hoc breviter respondetur* quod auctor ponit exemplum non ut ita est, sed ut sentiunt, qui addiscunt, sicud frequentissime auctores faciunt.

(CONCLUSIO SEPTIMA) Septima conclusio est ista quod aliquod est proprium quod competit omni et soli sed non semper, ad intentionem 20 auctoris, quia stat loco istius 'aliquid est proprium quod verificatur de aliqua specie' sumpta cum isto 'solus' sive dictione exclusiva. Et quod competit omni individuo istius speciei sed non semper, competit tali speciei vel talibus individuis, sicud hoc proprium *esse risibile* dummodo Sortes ridet vel *esse risibile* dummodo sol est in oriente ut esse risibile in 25 hoc instanti, demonstrato instanti presenti quia solus homo est risibilis in hoc instanti, et omnis homo est risibilis in hoc instanti, et hoc proprium non competit isti speciei semper, demonstrando | idem instans quod prius, vel 'omnis homo est risibilis in A instanti' vocando istud instans proprie A prius demonstratum.

(CONCLUSIO OCTAVA) Octava conclusio est ista quod aliquod est proprium quod competit omni et soli et semper, ad istum intellectum quod aliquod proprium verificatur de aliquo specie sumpta cum dictione exclusiva, et verificatur de ista specie universaliter et numquam vere negatur ab ista specie, et hoc utrisque, scilicet tam specie quam proprio, sumptis personaliter, sicud hoc proprium *risibile* verificatur de ista specie *homo* universaliter, et verificatur de ea cum dictione exclusiva.

² alicuius] alicuius *sup. lin. E^c* ⁸ potest] possunt *E* ⁸⁻⁹ per istum] per istum *iter. E*
¹⁷ est] sunt *E* ²² quod] quid *E*

Ex isto sequitur aliqua (CORRELARIA quorum) primum est hoc quod proprium *risibile* competit alicui tamquam proprie proprium quod impossibile est ridere, sicud isti speciei *homo* que non potest ridere.

Secundum est quod hoc proprium *risibile* competit alicui tamquam

- 5 proprie proprium quod impossibile est esse risibile. Istud correlarium iam patet de ista specie *homo*, quem impossibile est esse risibilem.

Tertium correlarium est quod hoc proprium *risibile* non est proprium alicuius quod potest ridere, quia non est proprium nisi alicuius termini vel signi, et nullum tale potest ridere.

- 10 <CONCLUSIO NONA> Ultima conclusio est ista quod istud proprium quod competit omni et soli et semper est unum universale de quo principaliter intendit Porphirius, quia alia sunt accidentia.

<AD 1> Ad primum igitur principale dicitur negando consequentiam, si subiectum antecedentis supponit personaliter et subiectum consequentis

- 15 materialiter, et negando antecedens, si subiectum supponat materialiter, et concedendo utramque istarum ‘nullum proprium dicitur quadrupliciter’, et ‘proprium dicitur quadrupliciter’ quia in prima subiectum supponit personaliter et in secunda materialiter. Et sic non est con<sequentia> propter equivocationem.

- 20 <AD 2> Ad secundum dicitur negando antecedens secundum intellectum auctorum. Et ad probationem dicitur quod omnia ista quibus competit tale proprium, continentur sub aliqua specie. Et ulterius dicitur concedendo quod istud proprium competat omni speciei sumpte cum dictione exclusiva, sed non competit omnibus contentis sub ista specie, 25 sicud ‘tantum animal est bipes’ et ‘non omne animal est bipes’. Iterum dicitur quod sic istud competit aliquibus contentis sub aliqua specie vel genere vel transcendentie, de qua vel de quo istud proprium verificatur exclusive, sicud hoc proprium *esse bipedem* competit aliquibus que continentur sub aliquo quod est species, genus vel transcendentie de quo istud 30 proprium exclusive verificatur. Et ideo non competit omni et soli.

<AD 3> Ad tertium dicitur quod ista propositio ‘proprium competit soli speciei’ stat loco istius ‘competit alicui speciei exclusive, vel sumpte cum ista dictione “solus”’ et sic intendit Porphirius, et cum hoc stat quod competit contentis sub specie.

¹ quorum] seq. lac. 6 litt. E | primum] proprium E ¹² principaliter] predicamentis E | alia] talia E ¹⁶ concedendo] ista add. necnon del. E ¹⁸ consequentia] seq. lac. 2 litt. E; nionem(?) add. E ²¹ omnia] ia(?) sup. lin. add. E ²² proprium] tale p add. necnon del. E ³⁴ competitat E

⟨AD 4⟩ Ad quartum dicitur concedendo consequiam et consequens, accipiendo ‘consequens’ proprie et predicatum personaliter. Sed accipiendo ‘consequens’ transsumptive in sensu composito dictum, tunc negatur consequentia, vel si predicatum consequentis supponat materialiter, quia competit soli homini, scilicet isti termino ‘solus homo’. 5

⟨AD 5⟩ Ad quintum patet per predicta, quia hoc proprium quod dico ‘canescere in senectute’ non est tale proprium, quamvis gratia exempli ponatur.

⟨AD 6⟩ Ad sextum dicitur negando antecedens, quia hoc proprium *risibile* competit omni et soli homini universaliter et exclusive non tamen 10 semper, quia hec est falsa: tantum omnis homo est risibilis, sed divisive. Sed hoc copulativa est vera: omnis homo est risibilis et tantum homo est risibilis. Et competit sibi semper. Hoc est si ista universalis ‘omnis homo est risibilis’ semper esset, esset semper vera.

Et ulterius dicitur negando istam consequiam: ‘nullus homo est risibilis semper, igitur hoc proprium non competit homini semper’, quia isto homini actu significato hoc proprium *risibile* competit homini semper, non debet sic exerceri: omnis homo est semper risibilis, sed sic: quan-
39^{vb} documque hec propositio ‘omnis homo est | risibilis’ est vel erit, ipsa est vel erit vera, et hoc dico reddendo singula singulis videlicet quandocum-15
que fuit, fuit vera; et quandocumque est, est vera; et quandocumque erit, erit vera. Et impossibile est ipsam esse falsam sine nova impositione. Et sic debet intelligi quando dicitur ab *aliquibus* quod proprium non potest separari ab eo cuius est proprium: hoc non potest ab eo vere negari, sumptis personaliter. 20
25

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum patet per predicta quid sit dicendum.

Et sic est finis questionis.

² Sed] ad *add. necnon del.* ³ dictum] est *add. E | tunc iter. E* ⁹ sextum] tertium *E* ¹¹ semper] simul *E* ^{16–17} isto homini] iste homo *E* ¹⁷ actu] actus *E* | semper] quia iste actus *add. necnon del. E* ¹⁹ est] est *iter. E* ²⁰ videlicet] oportet *E* ²² esse] falsus *add. necnon del. E*

⟨QUESTIO 42⟩

Consequenter queritur utrum aliquod accidens
absit et assit preter subiecti corruptionem.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non:

- 5 quia sic ista accidentia *sedere, stare* essent huiusmodi que aderunt et aberunt preter subiecti corruptionem. Ista consequentia videtur evidens ex textu.¹ Et falsitas consequentis declaratur, quia, si sic, sequeretur quod aliquid posset sedere et stare preter subiecti corruptionem, igitur preter sui debilitationem, et per consequens posset adhuc per tantum tempus
- 10 stare preter subiecti debilitationem, et pari ratione adhuc per tantum tempus, et sic in infinitum; igitur aliquis posset stare per infinitum tempus preter subiecti debilitationem. Sed hoc est falsum, sicud de se patet; igitur istud ex quo sequitur, scilicet, quod *stare* sit accidens quod potest adesse preter subiecti corruptionem. Et quod ista consequentia ‘aliquis
- 15 posset stare sine subiecti corruptione et sine subiecti debilitatione’, sit vera, declaratur, quia debilitatio nihil aliud videtur esse ⟨quam⟩ corruptio virtutis, nec virtus videtur aliud esse quam ipsa res virtuosa, ergo debilitatio rei non est aliud quam corruptio rei. Et consimiliter arguitur de sedere et de quocumque alio accidente quo subiectum posset fatigari.
- 20 ⟨2.⟩ Item. Si sic, tunc sequeretur quod accidens posset separari a subiecto. Consequentia videtur evidens. Et falsitas consequentis declaratur, quia, si sic: ponatur igitur in esse quod aliquod accidens separatur a subiecto: vel igitur accidens quod est, separatur a subiecto, vel accidens quod non est; non accidens quod est, quia omne tale inheret suo
- 25 subiecto; igitur nullum tale separatur a subiecto. Ista consequentia patet, quia: capiatur aliquod accidens quod non separatur a suo subiecto, et vocetur *A*, et aliud accidens quod dicitur separari a subiecto, et vocetur *B*. Tunc quero, utrum *B* sit in subiecto vel non; si sic, tunc non potius separatur a subiecto quam *A*; si non, tunc accidens subsisteret sine
- 30 subiecto, quod est contra Aristotelem,² primo *Physicorum*, ubi vult quod

6 videtur] declaratur(?) *E* 19 quo] quod *E* 24 quod] accidens *add. necnon del. et exp. E*

1 *Isagoge*, v, 1–2 (12, 23–13, 1).

2 Aristoteles, *Physica* i, 2, 185a28–32.

passiones non possunt existere sine subiecto. Item, tunc non esset accidens, quia accidens dicitur esse eo, quia alicui accidit, et alteri inherereat. Et sic potest dicere quod accidens quod non est, potest separari a subiecto, quia non entis non est separatio sine alio.

(3.) Item. Si sic, tunc calor ignis posset separari ab igne, sine corruptione (ignis, et animal posset) esse sine calore naturali, et sic de singulis. Sed ad istud dicitur quod ista sunt accidentia inseparabilia, de quibus predicta diffinitio intelligitur. 5

Sed contra: calor ignis et calor naturalis animalis possint remitti; igitur ab eorum subiecto possint separari. Consequentia patet, quia remissio accidentis non videtur aliud quam corruptio eiusdem. Et antecedens patet de se. 10

(4.) Item. Nullum accidens adest et abest alicui subiecto, igitur nec accidens. Antecedens patet inductive, quia aliter sequeretur quod aliquod accidens competenter alicui subiecto solo, quod includit contra dictio- 15 nem.

⟨AD OPPOSITUM⟩ Ad oppositum est Porphirius.³

40^{ra} ⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio est ista quod ‘accidens’ accipitur dupliciter.

Uno modo pro termino qui accidentaliter predicatur, hoc est, non per se primo modo vel secundo modo dicendi per se. Et sic accidens est quintum universale. Et isto modo iste terminus ‘accidens’ est nomen secunde intentionis. 20

Alio modo accipitur ‘accidens’ pro aliqua re inherente alicui subiecto cum quo non facit per se unum, sive talis res sit signum, sive non. Et sic iste terminus ‘accidens’ est nomen prime intentionis. 25

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est ista quod ‘adesse et abesse’ accipitur dupliciter, scilicet, logicaliter et realiter. Logicaliter ali-

15 includit] concludit E 21 accidens] et add. necnon del. E 23 intentionis] Prima distinctio est ista, quod ‘accidens’ accipitur dupliciter. Uno modo pro aliquod qui accidentaliter predicatur, hoc est, non per se primo modo vel secundo modo dicendi per se. Tunc accidens est quintum universale, et isto modo iste terminus ‘accidens’ est nomen secunde intentionis. Alio modo accipitur ‘accidens’ pro aliqua re inherente alicui subiecto, cum (quo non) facit per se unum, sive talis res sit signum sive non, et sic iste terminus ‘accidens’ est nomen prime intentionis, add. E. *Textus prime distinctionis iteratur cum differentiis paululis que invenientur initio f. 40^{ra}.*

3 Isagoge, v, 1 (12, 23–25): ‘Accidens vero est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem.’

quid dicitur ‘adesse et abesse’ per divisionem affirmativam vel negativam, realiter per realem inherentiam vel per realem separationem.

5 ⟨DISTINCTIO TERTIA⟩ Tertia distinctio est ista quod ‘subiectum accidentis’ accipitur dupliciter: uno modo pro isto de quo accidens accidentaliter predicatur; alio modo pro isto cui accidens realiter inheret.

⟨CONCLUSIO PRIMA⟩ Prima conclusio est ista quod nullum accidens adest et abest preter subiecti corruptionem, et hoc qualitercumque accipitur ‘accidens’ sive ‘adesse et abesse’, quia ex hoc sequeretur quod aliquid competeteret alicui et istud non competeteret eidem, quod est manifesta 10 contradictione, sicud pretangebatur ⟨in⟩ arguento principali.

⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod hec propositione: ‘accidens adest et abest etcetera’ est vera secundum intellectum auctoris, quia stat loco istius ‘accidens potest adesse et abesse preter subiecti corruptionem’.

15 ⟨CONCLUSIO TERTIA⟩ Tertia conclusio est ista quod omne accidens quod est universale, potest adesse et potest abesse preter subiecti corruptionem. Ista conclusio patet inductive, quia, si aliquod non posset, sit gratia exempli hoc accidens *nigrum*, quod non potest abesse Ethiopi vel corvo. Sed clarum est quod hoc potest adesse et potest abesse, quia, 20 quamvis non posset abesse Ethiopi vel corvo, potest tamen adesse et potest abesse alicui alteri subiecto.

Et si dicatur quod hoc accidens compositum *Ethiops niger* non potest adesse et abesse etcetera, ad istud dicitur negando assumptum, quia non sequitur naturam specificam, sed accidentalem complexionem individui, 25 que posset, quamvis de difficiili, mutari. Et hoc est quod Porphirius forte intendit per hoc quod dicit: ‘Potest autem subintelligi corvus albus et *Ethiops* nitens candore.’⁴

⟨CONCLUSIO QUARTA⟩ Quarta conclusio est ista quod omne accidens reale potest a subiecto separari preter corruptionem subiecti. Ista declaratur quia: si aliquod non posset, hoc maxime videtur verum de caliditate ignis et de calore naturali animalis, sine quibus ista subiecta videntur non posse subsistere. Quia, si non, tunc sequeretur quod omne istud quod posset talem calorem remittere in aliquo, posset eius subiectum

8 adesse] sive add. necnon del. E
12 intellectum] au add. necnon del. E

10 pretangebatur] pretangebatur commixtus E
23 adesse] ve add. necnon del. E

4 *Isagoge*, v, 3 (13, 1–3): ‘Potest autem subintelligi et corvus albus et *Aethiops* amittens colorem praeter subiecti corruptionem.’

corrumpere. Quod non appetet verum, quia sic sequeretur quod gutta aque posset corrumpere spheram ignis, | quod non videtur verisimile. Patet igitur quod sine omni caliditate potest ignis existere, et per consequens omnis caliditas est separabilis ab igne, et consimiliter sine omni calore naturali potest hoc animal existere, quia, si non: capiatur aliquis calor naturalis sine quo hoc animal non potest existere. Qui calor vocetur A, et incipiat aliquod agens in hoc instanti remittere A; tunc sic A post instans non erit, quia immediate post hoc instans corrumpetur secundum aliquid sui. Et hoc animal non potest existere sine A; igitur hoc animal post hoc instans non erit, et per consequens, hoc est ultimum instans esse istius animalis. Quod est contra Aristotelem, sexto *Physicorum*,⁵ ubi vult quod non est dare ultimum instans rei permanentis in esse; 5 igitur sine A potest hoc animal esse. Et sic arguitur de quocumque alio calore naturali.

Et si instetur quod sic sequitur quod aliquod elementum posset existere sine sua propria qualitate, et aliquod animal sine suo propria calore naturali, quorum primum est contra Aristotelem in *De proprietatibus elementorum*⁶ et secundo *De generatione*,⁷ et contra Commentatorem, tertio *De anima*, capitulo de *tactu*,⁸ et secundum est contra Aristotelem, secundo *De anima*,⁹ ubi vult quod omnis operatio vite procedit ex calore naturali, vel mediante calore naturali, *ad istud breviter dicitur* negando istam consequentiam ‘sine calore naturali potest hoc animal esse; igitur animal potest esse sine calore naturali’, quia antecedens ⟨est⟩ verum et consequens est impossibile, nam sua de inesse est impossibilis, ista, scilicet, ‘hoc animal est sine calore naturali’.

Et si dicatur quod consimiliter ista de inesse que correspondet huic: ‘sine calore naturali hoc animal potest esse’ est impossibilis, ista scilicet

2 ignis] ignis mg. E 11 instans] stans E 11–12 Physicorum] uib add. necnon del. E
12 instans] stans E 17 naturali] quod add. necnon del. E

5 Vel potius Aristoteles, *Physica* VIII, 8, 263b20–264a6?

6 Ps.-Aristoteles, *De proprietatibus elementorum*. Locus non inventus.

7 Aristoteles, *De generatione* II, 2, 329b22–24: ‘Non enim in faciendo aliquid aliud neque in patiendo ab alio dicuntur, oportet autem activa ad invicem et passiva esse elementa: miscentur enim et transmutant in invicem’ – tr. vetus. *Auctoritates* 169 (24): ‘Elementa activa et passiva sunt ad invicem cum subjecto.’ (Aristoteles, *De generatione* II, 2, 329b22–24).

8 Averroes, *In De anima* III, com. 4, p. 386, l. 85–86: ‘forme enim materiales non sunt separabiles’. *Auctoritates* 192 (214): ‘Formae naturales non sunt separabiles’ (Averroes, *In De anima* III, com. 4, p. 386, l. 85–86).

9 Aristoteles, *De anima* II, 4, 416b28–30.

- 'sine calore naturali hoc animal est', *ad istud dicitur* quod ista non est sua de inesse, quia non oportet propositionem de impossibili ponit in esse cum nota universalitatis a parte subiecti, sed sufficit ad veritatem talis de possibili, quod nulli eius singulari repugnat poni in esse, sicud manifeste
- 5 patet de ista propositione de possibili 'utrumque' istorum potest esse verum' demonstratis duobus contradictoriis que non possunt sic poni in esse (quod) utrumque istorum est verum, sed sufficit quod quelibet eius singularis poterit poni in esse. Sed quando in aliqua propositione de possibili signum universale ponitur a parte predicati, ad eius veritatem
 - 10 requiritur ipsam poni in esse cum eodem predicato, quia predicatum appellat suam propriam formam.

<CONCLUSIO QUINTA> Quinta conclusio est ista quod aliquod accidens quod est universale, dicitur inseparabile respectu alicuius subiecti determinati et non absolute, sicud hoc accidens quod est *moveri*, non

- 15 potest separari a primo mobili saltem naturaliter loquendo, quia physice loquendo hec est impossibilis 'primum mobile non movetur', quamvis forte secundum rei veritatem et precise secundum theologos est possibilis.

<CONCLUSIO SEXTA> Sexta conclusio est ista quod hec est possibilis:

- 20 | 'accidens separatur a subiecto', nam sequitur: 'accidens quod nunc est 40^{va} in subiecto, immediate post hoc non erit in subiecto, igitur accidens separatur a subiecto'. Et antecedens est possibile, igitur et consequens. Et consequentia patet, quia consequens est expositio antecedentis.

<CONCLUSIO SEPTIMA> Septima conclusio est ista quod ista est possibilis: 'accidens est quod separatur a subiecto'. Et probatur sicut immediate precedens. Et si dicitur quod nihil inherens subiecto separatur a subiecto, dicitur negando istam, quia nihil aliud est *accidens separari a subiecto* quam *nunc esse in subiecto et immediate post hoc non esse in subiecto*.

30 *<CONCLUSIO OCTAVA>* Octava conclusio est ista quod hec est impossibilis: 'accidens quod non est, separatur a subiecto'. Quia, si hec in aliquo sensu posset verificari, hoc esset in isto sensu: *aliquid accidens non est in subiecto quod immediate ante hoc fuit in subiecto*, et hoc est falsum, quia nullum accidens immediate ante hoc fuit in subiecto quod nunc non est in subiecto, et precipue nullum accidens quod successive acquirebatur

1 est] est *E^c*

17 est] excit *E*
consequens] *E*

4 eius] singulis (?) add. *necnon del. E*

23 consequens est expositio antecedentis] antecedens est expositio
28 immediate] mediate *E* 33 quod] ex quam (?) *E*

16 primum] primo *E*

vel deperdebat, quia sic sequitur quod istud accidens non successive corrumpebatur.

⟨CONCLUSIO NONA⟩ Nona conclusio est ista quod hec est impossibilis: ‘aliquid accidens separatur totaliter a subiecto’, et hoc ad istum intellectum: *aliquid accidens nunc est in subiecto quod immediate post hoc secundum nullam eius partem erit in subiecto*, quia sic esset dare ultimum instans rei permanentis in esse. Et consimiliter aliquod accidens corrumpetur subito et non successive, quod non videtur verum. 5

Et multa istorum dicta sunt gratia exercitii et probabiliter potius quam exercitive determinationis. 10

⟨AD 1⟩ Ad primum igitur principale dicitur concedendo quod *sedere* et *stare* et *moveri* sunt huiusmodi accidentia que possunt adesse et possunt abesse preter subiecti corruptionem, et etiam preter debilitatem. Quia experimur aliquando subiectum per motum conformari et sanari, utpote quando per motum convenientis exercitii vel sudorum vel evacuationis vel alicuius consimilis, mala materia infirmitatis impediens operationem naturalem removet. 15

Et ulterius dicitur negando consequentiam: ‘si per tantum tempus aliquid potest stare preter sui debilitationem, igitur pari ratione adhuc per tantum tempus potest stare sine sui debilitatione’; et hoc, quia cetera non sunt paria, quia possibile est quod prima statio induxit bonam complexionem, et secunda dissolvebat bonam complexionem ceteris existentibus paribus. Tunc est consequentia bona, et tunc negatur antecedens, scilicet quod aliquod fatigabile per stationem vel per motum per aliquod tempus in isto fatigetur. Et ulterius dicitur quod talis debilitatio vel fatiga- 20

^{40^{vb}}

tio] est corruptio virtutis. Et ulterius negatur quod talis virtus sit ipsa res virtuosa, hoc est: ipsum principale subiectum; sed aliqua re superaddita, utpote calor naturalis, vel bona complexio naturalis, vel spiritus vitalis, vel omnia ista que, vel quorum, aliquid dissolvitur vel remittitur sensibilius vel insensibilius per talem stationem vel per talem motum. Et ista patet, quia non omnis debilitatio alicuius subiecti est corruptio eiusdem subiecti. 25

⟨AD 2⟩ ⟨Ad⟩ secundum patet per predicta, quia conceditur quod accidens quod est, separatur a subiecto, et non accidens quod non est. Et ulterius dicitur quod potius *B* separatur a subiecto quam *A*, quia *B* nunc 30

⁷ instans] in sup. lin. *E^c* ¹⁷ removetur] removetur *E^c*; vacat add. necnon del. *E*
²² complexionem] secundum add. necnon del. *E* ²⁵ dicitur] concedendo sup. lin.
E^c

est in subiecto et immediate post hoc non erit in subiecto, et hoc est: *separari a subiecto*. Sed sic non est de A, per casum, quia A est in subiecto et immediate post hoc erit in subiecto.

5 ⟨AD 3⟩ Ad tertium dicitur concedendo quod calor potest separari ab igne, et qualitas naturalis suo proprio elemento, et calor naturalis ab animali. Et ulterius negatur ista consequentia, igitur ignis potest esse sine calore, et animal sine calore naturali, et patet totum per predicta.¹⁰

10 ⟨AD 4⟩ Ad quartum dicitur concedendo quod nullum accidens adest et abest etcetera, sed qualiter hec debeat intelligi, sufficienter ⟨patet⟩ in precedentibus.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Et per hoc patet ad argumentum in oppositum quid sit dicendum.

³ immediate] mediate E

¹⁰ Videas supra, CONCL. 4.

⟨QUESTIO 43⟩

Consequenter queritur utrum ex subiecto et
accidente componatur aliquod per se unum.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic:

ex subiecto et forma substantiali componitur aliquod per se unum; et 5
omnis forma substantialis est accidens; igitur ex subiecto et accidente
componitur aliquod per se unum. Consequentia videtur evidens. Et
prima particula antecedentis patet; et secunda, videlicet quod omnis
forma substantialis sit accidens, declaratur, quia potest adesse et potest
abesse preter subiecti corruptionem, idest: preter materie corruptionem, 10
nam quedam materia est proprie subiectum forme substantialis, et istud
subiectum secundum Aristotelem, primo¹ et secundo² *Physicorum*, est
ingenerabile et incorruptibile.

⟨2.⟩ Item. Sicud forma substantialis extenditur intrinsece ipse mate-
rie, sic videlicet quod, ubicumque est aliqua pars materie, ibi est aliqua 15
pars forme, et e converso, ita quod materia et forma sunt precise in
eodem loco, nec per adventum forme augmentatur quantitas materie,
nec e converso; nec etiam quantitas alicuius tertii, sic, ut videtur, accidens
intrinsece extenditur suo subiecto secundum omnes conclusiones iam
dictas. Igitur, pari ratione qua ex materia et forma substantiali componi-
tur aliquod per se unum, consimili ratione ex accidente et suo subiecto
componitur aliquod per se unum. 20

⟨3.⟩ Item. Sicud materia et forma sunt partes essentiales substantie
41^{ra} composite, ita subiectum | et accidens sunt partes essentiales aggregati
sive compositi ex substantia et accidente, igitur, ut videtur, sicud ex 25
materia et forma componitur per se unum, ita ex subiecto et accidente
componitur per se unum.

6 accidente] exidente *E* 11 quedam] est *add. necnon del. E* 16 precise] et *add.*
necnon del. E 17 augmentatur] acmentatur *E* 26 et] et iter. *E*

1 Aristoteles, *Physica* 1, 9, 192a27–29: ‘in quantum autem est secundum potentiam,
non per se, sed incorruptibilem et ingenitum necesse est ipsum esse’ – tr. vetus. Cf.
Auctoritates 141 (21): ‘Principia semper oportet manere.’ (Aristoteles *Physica*, A6,
189a19–20).

2 Cf. *Auctoritates* 145 (56): ‘Subiectum et ejus propria passio sunt ejusdem considera-
tionis.’ (Cf. Aristoteles *Physica*, B2, 193b26–28).

⟨4.⟩ Item. Sicud forma substantialis non potest recedere sine corruptione compositi ex materia et tali forma, ita accidentis non potest recedere sine corruptione compositi ex subiecto et isto accidente. Et sicud accidentis potest recedere sine corruptione sui subiecti, ita forma substantialis
 5 potest recedere sine corruptione sui subiecti vel materie, igitur, sicud ex materia et forma substantiali componitur aliquid per se unum, ita ex subiecto et accidente componitur aliquid per se unum, quia ex utraque parte omnes proprietates sunt similes.

Et si dicatur quod differentia est, quia accidentis facilius recedit a suo
 10 subiecto quam forma substantialis a materia, *hoc non videtur verum*, primo, quia in perfecte compositis corporibus sicud in hominibus, anima facilissime recedit a materia, quia per agens valde debile et in brevi tempore, sicud per vermem, vel per araneam vel aliquid consimile quod est agens debile, quod tamen statim interficit hominem sicud experimur.
 15 Tunc sic: omne quod fit ab agente debili et in brevi tempore, istud faciliter fit, sed se numero forma substantialis a materia fit de brevi tempore, et ab agente debili; igitur faciliter fit.

⟨5.⟩ Item. Multa accidentia sunt de difficulti mutabilia a subiecto, utpote
 20 omnis habitus, sicud patet per Aristotelem in *Predicamentis*, capitulo de
qualitate.³

⟨6.⟩ Item. Alique forme substantiales consimiliter separantur et corrumuntur sicud earum accidentia, utpote forma substantialis ipsius ignis, que faciliter intenditur et remittitur, sicud caliditas ignis secundum quod vult Commentator, tertio *Celi* commento 87,⁴ et per consequens in
 25 igne non faciliter separatur accidentis a suo subiecto quam forma substantialis a materia.

⟨7.⟩ Item. Secundum Aristotelem⁵ et Commentatorem,⁶ tertio *Celi*, unumquodque tantum acquirit de loco quantum acquirit de forma, et pari ratione, quantum perdit de loco, tantum perdit de forma; igitur
 30 forma substantialis ita de facili separatur a materia, sicud accidentis a subiecto.

² potest] ne(?) add. necnon del. E ¹¹ perfecte] perfectionis(?)E ¹² facilissime]
 facillima E ¹⁷ et] ag add. necnon del. E ²⁹ forma] materia E

³ Aristoteles, *Predicamenta*, 8, 8b27–28: ‘Et una quidem species qualitatis habitus affectioque dicantur. Differt autem habitus affectione quod permanentior et diuturnior est’ – tr. Boethii.

⁴ Averroes, *In De celo*. Locus non inventus.

⁵ Aristoteles, *De celo et mundo* III. Locus non inventus.

⁶ Averroes, *In De celo*. Locus non inventus.

Ex quibus omnibus, ut videtur, apparet, quod ex subiecto et accidente componatur aliquid per se unum.

⟨AD OPPOSITUM I⟩ Ad oppositum arguitur primo: si sic, sequeretur quod non maiori ratione dicetur forma accidentalis accidens vel accidentis forma accidentalis quam substantialis, quia, sicud accidentis potest adesse 5 et potest abesse, ita forma substantialis. Igitur, si ex accidente et subiecto sicud ex caliditate et subiecto fieret per se unum, non esset aliqua ratio quare caliditas non esset forma substantialis, | vel quare forma substantialis ignis non esset forma accidentalis.

41^{rb} ⟨AD OPPOSITUM II⟩ Secundo sequeretur quod aggregatum esset per se in aliqua genere, quia omne per se unum est per se in aliquo predicamento, quia omne tale est individuum per se alicuius speciei, et per consequens aliquod aggregatum esset per se in predicamento substantie vel per se in predicamento accidentis. Quod videtur falsum, quia non maiori ratione in uno predicamento quam in alio, igitur, in omni vel in nullo, sed non in omni, quia secundum Simplicium⁷ predicamenta sunt impermixta; 15 igitur in nullo.

⟨AD OPPOSITUM III⟩ Tertio sequeretur quod nihil esset unum per accidens, quod est contra Aristotelem, quinto *Metaphysice*.⁸

⟨DISTINCTIO PRIMA⟩ Prima distinctio est ista que ad presens presupponitur de accidente, quia in precedenti questione pona/batur. 20

⟨DISTINCTIO SECUNDA⟩ Secunda distinctio est de uno, nam ‘unum’ accipitur multipliciter:

⟨I: UNUM ESSENTIALITER⟩ scilicet pro ‘uno essentialiter’; quod quidem unum componitur ex partibus diversarum rationum, quarum una est potentia respectu alterius, et ⟨que⟩ sunt precise in eodem situ, sicud materia et forma. 25

⟨II: UNUM SECUNDUM GRADUS ACCIDENTALES⟩ Alio modo dicitur ‘unum’ secundum gradus accidentales; quod quidem unum componitur

¹⁰ esset] pers add. necnon del. E ¹⁴ predicamento] predicatis add. necnon del. E
¹⁶ sed] in add. E

⁷ Simplicius, *In Predicamenta* (?) vel *In De celo* (?). Locus non inventus.

⁸ Aristoteles, *Metaphysica*, v, 7, 1017a7–10: ‘Ens dicitur hoc quidem secundum accidentis illud vero secundum se. Secundum accidentis quidem, ut iustum musicum esse dicimus et hominem musicum et musicum hominem’ – rec. Guillelmi. *Auctoritates* 125 (132): ‘Ens per accidentis est quando unum accidentis dicitur de alio, ut album est musicum, vel accidentis de subjecto, ut homo est albus, vel subjectum de accidente, ut album est homo, vel musicum est homo.’ (Aristoteles, *Metaphys.*, Δ7, 1017a7–10).

ex partibus eiusdem rationis, que quidem partes sunt precise simul, sive sibi invicem inexistentes, et hoc sive tale unum sit extensum sive non.

- Exemplum primi sicud albedo, que componitur ex partibus graduibus eiusdem rationis. Que quidem partes graduales secundum intensio-
5 nem et secundum extensionem sunt sibi invicem inexistentes et precise in eodem situ subiective.

- Exemplum secundi ut aliquod accidens mentale, sicud gaudium vel dilectio, quia talia accidentia mentalia intensionalia et remissibilia componuntur ex partibus gradialibus eiusdem rationis. Que quidem partes,
10 quamvis proprie loquendo non sunt in eodem situ, tamen sunt sibi invicem *(in)existentes*, quia sunt in subiecto individuali utpote in anima intellectiva.

- Et isti duo modi unitatis propriissime dicuntur unitates per se, quia sunt maxime unitates que fiunt ex distinctis rebus excepta sola unitate
15 filii Dei et nature assumpte, de qua nihil ad presens quia alterius existit speculationis.

- (III: UNUM INDIVISIBILITATE)* Tertio modo dicitur aliquod ‘unum indi-
visibilitate’, sicud Deus est unus, et angelus, et anima intellectiva. Et hoc
est similiter maxime unum.
20 *(IV: UNUM CONTINUATIONE)* Quarto modo dicitur aliquod ‘unum continua-
tione’, sive corporali sive incorporali. Corporale sicud unum lignum
continuum, cuius partes secundum extensionem continuantur sibi invicem;
incorporele sicud partes solis integrales sibi invicem continuantur.
Et isto modo aliquod dicitur unum per se.
25 *(V: UNUM SITU VEL SUBIECTO)* Quinto modo dicitur aliquod ‘unum
situ vel subiecto’, ista, scilicet, que precise sunt in eodem situ sive in
eodem subiecto, sicud albedo et dulcedo sunt precise in eodem situ et
in eodem subiecto sicud in lacte, et sicud grammatica et musica sunt
precise in eodem subiecto, scilicet in anima.
30 *(VI: UNUM PER ACCIDENS PROPRIE LOQUENDO)* Sexto modo dicitur
aliquod ‘unum per accidens’ proprie loquendo, sicud aggregatum ex
subiecto et accidente, quamvis etiam quintus modus sit unitas acciden-
talis.

- (ALII MODI UNITATIS)* Alii vero sunt modi | unitatis, utpote unum ^{41^{va}}
35 numero, unum specie, unum genere, unum diffinitione etcetera, de qui-
bus non oportet ad presens tractare, sed alibi erit locus eorum.⁹

⁷ gaudium] nec(?) add. necnon del. E ¹⁵ quia] quod E | existit] existat E ²³ incor-
porale] incorporealem E ³² unitas] unita E

⁹ Locum invenire non potui.

〈CONCLUSIO PRIMA〉 Prima igitur conclusio est ista quod ex subiecto et accidente illius subiecti accipiendo ‘accidens’ secundum quod est nomen secunde intentionis, non componitur unum per se, quia sunt diverse res quarum una est subiectum propositionis, et reliqua predicatum, et quarum una non est materia sive potentia respectu alterius, quamvis subiectum se habeat ad modum materie et predicatum ad modum forme. Nec etiam sunt diversi gradus eiusdem rationis existentes precise in eodem situ, vel sibi invicem inexistentes, nec etiam sunt unum indivisibilitate, vel continuatione. Et patet totum de se.

〈CONCLUSIO SECUNDA〉 Secunda conclusio est ista quod isto modo accipiendo ‘subiectum’ et ‘accidens’ ex subiecto (et) accidente componitur unum unitate subiecti, quia tam subiectum quam accidens possunt simul esse in eodem subiecto, sicud patet de ista propositione mentali ‘homo est albus’.

〈CONCLUSIO TERTIA〉 Tertia conclusio est ista quod accidente isto modo accepto, scilicet, pro uno predicabili accidentaliter, Deo potest competere aliquod accidens, quia: capiatur ista propositio ‘Sortes sedet’, que tantum sit vera per unam horam, et vocetur *A*, tunc hoc accidens *sciens A* competit Deo, quia hec est vera: ‘Deus est sciens *A*’, et hoc accidens potest adesse Deo et potest abesse, sicud de se notum est.

〈CONCLUSIO QUARTA〉 Quarta conclusio est ista quod ex subiecto et accidente secundo modo accipiendo ‘accidens’, videlicet ut accidens est nomen prime intentionis, non fit unum per se, quia non essentialiter, vel gradualiter, nec indivisibilitate, nec continuatione. Et patet totum per predicta.¹⁰

〈AD 1.〉 Ad primum igitur principale dicitur negando istam ‘omnis forma substantialis est accidens’. Et ad probationem dicitur quod ad hoc quod aliquid sit accidens, non sufficit quod poterit adesse vel quod poterit abesse preter subiecti corruptionem, sed requiritur quod ipsum vel aliquid eiusdem speciei specialissime poterit adesse alicui subiecto substantiali post eius esse实质iale perfectum. Et hoc est precisa causa quare aliquid dicitur accidens, scilicet quia accidit rei et advenit post ultimum esse talis rei, vel saltem quia aliquid eiusdem speciei potest alicui tali advenire. Et sic intelligenda est predicta diffinitio accidentis. Sed hoc

¹⁵ accidente] accidens *E* ¹⁶ accepto] acceptum *E* ²³ prime] secunde *E*
²⁷ quod] quod *sup. lin. E^c* ^{30–31} substantiali] quod *add. necnon del. E*

¹⁰ Videas supra, DIST. 2, Q. 42 DIST. 1.

non competit forme substantiali, quia nulla forma substantialis potest advenire alicui subiecto substantiali post eius ultimatom perfectionem, saltem secundum quamlibet eius partem integralem. Quod dico propter formam generatam in nutritione, de qua alias plus patebit.

- 5 ⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur negando consequentiam quia iste conclusiones non sunt cause quare ex materia et forma substantiali componitur per se unum, sed quia materia est potentia, et forma actus, sicud elicitur ab Aristotele, secundo *De anima*.¹¹ Unde breviter: materia et forma sunt talis nature quod ex eis constituitur per se unum, et subiectum et
10 accidens non sunt talis nature.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium dicitur consimiliter negando consequentiam. Et causa iam dicta est.¹²

- ⟨AD 4.⟩ Ad quartum consimiliter etiam dicitur negando consequentiam, | quia iste similitudines non sunt sufficienes ad hoc quod ex 41^{vb}
15 subiecto et accidente fiat per se unum, et hoc quia accidens potest advenire rei post eius esse completum.

⟨AD 5.⟩ Ad quintum dicitur quod, quamvis multa accidentia sint de difficulti mobilia, propter hoc tamen non sequitur quod ex eis et eorum subiectis fiat per se unum.

- 20 ⟨AD 6.⟩ Ad sextum dicitur quod Commentator ibidem communiter non tenetur.

- ⟨AD 7.⟩ Ad septimum dicitur quod Aristoteles intelligit quod unumquodque, quantum acquirit de loco naturaliter et per principium intrinsecum, tantum habet de forma inclinante ad tales locum. Et ulterius
25 dicitur concedendo quod in multis casibus ita faciliter separetur forma substantialis a materia sicud accidens ⟨a subiecto⟩. Nec ista est causa quare ex subiecto et accidente deberet fieri per se unum, sed causa est, sicud superius dictum est, quia accidens potest advenire rei post eius esse completum. Et per consequens accidens in natura sua habet tantam extraneitatem cum suo subiecto, et tantam disimilitudinem, quod
30 ex ipso et suo subiecto non potest fieri per se unum.

Et ista sunt dicta secundum communem locutionem †pl-m† verumtamen sicud placeat. Non mihi appetit ratio cogens quin poterit probabiliter teneri quod ex accidente et subiecto fiat ita bene per se unum sicud

14 ex] materia add. necnon del. E

11 Aristoteles, *De anima*, II, 1, 412a9–10. Auctoritates 177 (38): ‘Materia est potentia, forma vero actus.’ (Aristoteles, *De anima*, B1, 412a9–10).

12 Videas supra, CONCL. 4.

ex materia et forma substantiali. Et hoc diffusius pertractabitur *Supra Predicamenta*.¹³

⟨AD PRIMUM IN OPPOSITUM⟩ Ad primum in oppositum dicitur quod, quamvis ex subiecto et accidente fieret per se unum, tamen quia adhuc forma accidentalis advenit rei post eius esse completum, ideo potius 5 poterit dici accidens quam forma substantialis.

⟨AD SECUNDUM IN OPPOSITUM⟩ Qualiter vero compositum ex subiecto et accidente fit in predicamento, et qualiter non, patebit *Super Predicamenta*,¹⁴ quia ibi potius habet locum.

⟨AD TERTIUM IN OPPOSITUM⟩ Ad ultimum potest dici quod non oporet istam consequentiam valere, quia, quamvis ex subiecto et accidente fieret per se unum, tamen ex accidentibus existentibus in eodem subiecto fieret unum per accidens, sicud ex grammatica et musica in anima, et albedine et dulcedine in lacte. 10

8 et] ex E 11 et] et sup. lin. E^c; ex add. necnon del. E

13 Thomas Manlevelt, *Questiones super Praedicamenta*, Erfurt sb Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, QQ. 9–13?

14 Thomas Manlevelt, *Questiones super Praedicamenta*, Erfurt sb Ampl. Q 288 (xiv) ff.43^{rb}–145^{vb}, QQ. 9–13?

⟨QUESTIO 44⟩

Consequenter queritur utrum corvus possit subintelligi albus.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod non:

quia si sic: ponatur etiam in esse, scilicet quod corvus subintelligitur
5 albus, igitur corvus albus intelligitur, igitur corvus albus est. Sed consequens est impossibile, ut suppono ad presens, igitur istud ex quo sequitur.
Et quod ista consequentia ‘corvus albus intelligitur; igitur corvus albus est’ sit vera, patet per Aristotelem, capitulo de *relatione*,¹ ubi vult quod ista consequentia sit vera: ‘scientia est, igitur scitum est, et igitur scibile
10 est’, et pari ratione sequitur ‘intellectio est, igitur intellectum est | et intel- 42^{ra}
ligibile est’, et similiter quod ista consequentia sit vera: ‘corvus intelligitur albus, igitur corvus albus intelligitur’. Patet quia sequitur ‘corvus intelligi-
turus albus, igitur corvus est intellectus albus, igitur quoddam intellectum
album est corvus, et nullum aliud intellectum album a corvo est corvus,
15 igitur aliquid intellectum album quod est corvus est corvus, igitur cor-
vus qui est quoddam intellectum album, intelligitur, igitur corvus albus
intelligitur’.

⟨2.⟩ Item. Si corvus potest subintelligi albus, vel igitur vere vel false.
Non vere, quia sic intelligendo non esset accidens inseparabile corvo,
20 quod est contra textum. Et si false, consimiliter quodcumque predica-
tum potest subintelligi inesse corvo, quia false corvus potest subintelligi
asinus, vel Deus, vel quidquid aliud quod est in rerum natura. Et sic
sequitur quod ista propositio ponetur preter propositum et sine causa,
scilicet quod corvus potest subintelligi albus.

⟨3.⟩ Item. Si corvus posset subintelligi albus, igitur talis intellectio
posset ab aliquo obiecto causari. Consequentia est de se nota, quia omne
quod potest esse et non est, potest ab aliquo causari. Falsitas consequentis
declaratur, quia talis intellectio, si poterit causari ab aliquo obiecto, hoc
esset a corvo vel albedine; sed non a corvo, quia corvus non naturaliter

⁷ corvus] est add. necnon del. E

²⁸ quia] 3 litt. (?) add. necnon del. E

²⁶ aliquo] subiecto causari add. necnon del. E

¹ Aristoteles, *Predicamenta*, 7, 7b23–27: ‘scibile enim scientia prius esse videbitur;
namque in pluribus subsistentibus iam rebus scientias accipimus; in paucis enim
vel in nullis hoc quisque perspicet, simul cum scibili scientiam factam.’ – tr. Boethii.

causat <conceptum albedinis>, sicut de se patet; nec etiam ab albedine, quia albedo non naturaliter causat conceptum corvi, igitur a nullo potest talis intellectus sive conceptus causari.

(4.) Item. Si corvus potest subintelligi albus, igitur corvus potest subintelligi esse quoddam album, igitur potest subintelligi esse hoc album vel hoc album et sic de singulis; sed quocumque albo demonstrato erit talis propositio impossibilis; igitur corvus non potest fieri albus. Ista ultima consequentia patet ex hoc quia intellectus non potest assentire alicui propositioni quam scit esse impossibilem, quia omnis impossibilitas est ratione alicuius contradictionis; et nulli contradictioni potest intellectus assentire quam scit esse contradictionem, sicut patet <per> Aristotelem, quarto *Metaphysice*.²

<AD OPPOSITUM> Ad oppositum est Porphirius,³ qui dicit expresse in textu: ‘potest autem subintelligi corvus albus et Ethiops nitens candore’.

<SOLUTIO QUESTIONIS> In ista questione premittende sunt quedam suppositiones; secundo subiungende sunt quedam conclusiones; et tertio solvende sunt principales rationes.

<SUPPOSITIO PRIMA> Prima igitur suppositio est ista quod omnes tales dictiones ‘intellectio’, ‘desideratio’, ‘credulitas’ sive ‘creditio’, ‘conceptus’ sive ‘conceptio’, ‘voluntas’ sive ‘volitio’ sint relativa. Et capit ista suppositio evidentiam ab Aristotele, capitulo de *relatione*,⁴ ubi vult quod scientia et sensatio sunt relativa, quia pari ratione qua scientia est alicuius scibilis, et alicuius sciti, et sensatio alicuius sensibilis et sensati. Intellectio est alicuius | intelligibilis et intellecti, et desideratio alicuius desiderabilis et desiderati, et creditio alicuius creditibilis et crediti, et volitio alicuius volibilis et voliti, et sic de consimilibus.

¹ causat] seq. lac. 9 litt. E 18 tales] sup add. necnon del. E 20 conceptio] volup add. necnon del. E 22 quia] quia corr. ex quam E | ratione] p add. E

² Aristoteles, *Metaphysica* IV, 7, 1011b23–24: ‘At vero nec medium contradictionis nichil esse contingit, sed necessarium aut dicere aut negare unum de uno quodcumque’ – rec. Guillelmi.

³ *Isagoge*, v, 3 (13, 1–3): ‘Potest autem subintelligi et corvus albus et Aethiops amittens colorem praeter subiecti corruptionem.’

⁴ Aristoteles, *Predicamenta*, 7, 6b34–37, tr. Boethii: ‘scientia alicuius scientia; ut scientia scibilis rei dicitur scientia et scibile scientia scibile, (et sensus sensibilis sensus et sensibile sensu sensibile).’

- ⟨SUPPOSITIO SECUNDA⟩** Secunda suppositio est ista que similiter ibidem⁵ ab Aristotele elici potest, quod relativa sibi invicem non includentia ampliationem – utpote aliquod verbum possibilitatis vel de preterito vel de futuro – sint simul natura, ita quod consequentia existendi ab uno ad 5 reliquum et e converso, utrisque acceptis personaliter, est bona, sicud ista consequentia est bona: ‘scientia, igitur scitum est, et e converso’, ‘sensatio est, ergo sensatum est, et e converso’, et simili ratione sequitur ‘intellectio est, ergo intellectum est, et e converso’, ‘creditio est, ergo creditum est, et e converso’, ‘volitio est, ergo volutum est, et e converso’. Videtur satis 10 evidens quod ista fuerat intentio Aristotelis, sicud legenti capitulum de *relatione* satis patet.

- ⟨CONCLUSIO PRIMA⟩** Prima conclusio est ista quod istud quod non potest esse, non potest intelligi. Que statim patet ex iam dictis, quia, si aliquid posset intelligi quod non posset esse: ponatur in esse, scilicet quod intellectio sit non existentis, tunc sic intellectio non existentis est, 15 igitur non existens est intellectum, et ultra, igitur tale intellectum est. Ista consequentia patet per secundam suppositionem. Et quod omnis intellectio sit alicuius intellecti, patet per primam suppositionem. Sed hoc consequens ‘non-existentis est intellectum’ terminis sumptis non materialiter ut 20 suppono ad presens, est impossibile, igitur istud ex quo sequitur, scilicet quod intellectio possit esse non existentis.

- ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩** Secunda conclusio est ista que satis evidenter sequitur ex conclusione iam posita, scilicet: quod non est, non intelligitur. Et ista sine ulteriori declaratione patet ex iam dicta.

- 25 **⟨CONCLUSIO TERTIA⟩** Tertia conclusio est ista quod hominem esse est homo. Que probatur sic: hominem esse est aliquid et non aliud ab homine, igitur est homo. Consequentia plana. Et secunda particula antecedentis patet. Et prima declaratur, scilicet quod hominem esse sit aliquid, quia hominem esse est scitum et volitum et desideratum; 30 igitur, hominem esse est aliquid. Et potest totum probari per predictas suppositiones.

- ⟨CONCLUSIO QUARTA⟩** Quarta conclusio est ista quod hominem esse animal est aliquid, quia hominem esse animal est homo et animal, et

9 converso] 3 litt. (?) sup. lin. add. necnon del. E 15 non] entis add. necnon del. E
| existentis] etiam add. necnon del. E

5 Aristoteles, *Predicamenta*, 7, 7b15, 19–20: ‘Videtur autem ad aliquid simul esse natura’ – tr. Boethii. *Auctoritates* 303 (27): ‘Relativa sic se habent quod posita se ponunt et perempta se perimunt.’ (Aristoteles, *Predicamenta*, 7, 7b15, 19–20).

identitas hominis et animalis, et totum est homo. Et probatur sicud predicta conclusio immediate, et confirmatur per Commentatorem, quarto *Metaphysice*,⁶ ubi vult quod ens homo et unus homo non est aliud quam homo.

⟨CONCLUSIO QUINTA⟩ Quinta conclusio est ista quod hominem esse asinum non est aliquid vel aliqua quia: quod non sit aliquid, videtur evidens, et quod non sit aliqua, declaratur, quia si | esset aliqua, tunc oportet quod esset homo et asinus et identitas hominis et asini, quod patet esse falsum, quia identitas hominis et asini non est. Et loquor de identitate numerali ratione cuius vere dicitur quod hoc est hoc. 5
42^{va}
10

⟨CONCLUSIO SEXTA⟩ Sexta conclusio est ista quod Platonem esse non potest intelligi, posito quod Plato non sit nec poterit esse. Et sequitur ex prima conclusione.

⟨CONCLUSIO SEPTIMA⟩ Septima conclusio est ista quod Platonem esse non potest credi, posito quod Plato non sit, nec poterit esse. Et patet sicud 15 predicta precedens.

⟨CONCLUSIO OCTAVA⟩ Octava conclusio est ista quod posito quod Plato non sit, et quod Sortes habeat actum complexum in mente sua, vel saltem aliquem actum quo crederet Platonem esse, si Plato esset, et lateat Sortem Platonem non esse, tunc Sortes non crederet Platonem esse. Ista 20 statim patet, quia Platonem esse nihil est; igitur non est creditum; igitur Sortes hoc non credit, et hoc supposito quod nulli termini supponant materialiter vel simpliciter.

⟨CONCLUSIO NONA⟩ Nona conclusio est ista quod tento eodem casu Sortes non credit se credere Platonem esse, quia Sortem credere Platonem esse nihil est, igitur non est creditum. Consequentia patet per secundam suppositionem. Et antecedens declaratur, quia, si Sortem credere Platonem esse esset aliquid, hoc esset Sortes et credens Platonem esse et identitas Sortis et credentis Platonem esse, sicud patet ex precedenti conclusione. Igitur Sortem esse credentem Platonem esse nihil est, 25 30 igitur non est creditum, igitur Sortes non credit se credere Platonem esse.

Et *si instetur* sic: Sortes decipitur, et omnis deceptio est respectu actus credulitatis, igitur Sortes habet actum credulitatis et non alium, ut suppono, nisi istum quo credit Platonem esse, igitur Sortes credit Platonem esse, vel Sortes credit Sortem credere Platonem esse, *ad istud* 35

² immediate] immediata *E* ⁸ identitas] idemperitas *E* ¹⁹ quo] quod *E* ³⁴ istum] quo add. necnon del. *E*

⁶ Averroes, *In Metaphys.* Locus non inventus.

breviter dicitur concedendo quod Sortes decipitur tali casu posito. Et ulterius negatur quod omnis deceptio est ratione alicuius credulitatis, quia deceptio potest esse ratione actus qui esset credulitas si habet subiectum. Et sic est in proposito. Unde quia Sortes habet unum actum
 5 in mente quo crederet Platonem esse, si Plato esset, et Plato *(non)* est, igitur Sortes decipitur, et consimiliter potest dici quod Sortes decipitur, quia credit istam propositionem ‘Plato est’. Sed tunc non omnes termini sic se habent quod non supponunt materialiter vel simpliciter, sicud presupponitur.

10 *(CONCLUSIO DECIMA)* Decima conclusio est ista quod supposito quod corvus albus non sit, tunc corvus albus non subintelligitur. Et si non poterit esse, non potest subintelligi. Et patet totum per primam et secundam conclusionem. Et ad Porfirium dicitur in solvendo rationes principales.

15 *(AD 1.)* Ad primam rationem dicitur concedendo quod, si corvus albus intelligitur, corvus albus est, et si impossibile sit quod corvus sit albus, impossibile est corvum album intelligi, sicud sufficienter patet per predicta.

Et ulterius dicitur quod istud quod supponitur non est verum, scilicet
 | quod hec sit impossibilis: ‘corvus est albus, vel corvus albus est’, quia,
 20 quamvis forte per communem cursum nature corvus non potest esse
 albus, potest tamen per potentiam prime cause, quia albedo non repugnat principiis essentialibus corvi, sed forte repugnat alicui complexioni
 accidentalii. Et ideo intellectis significatis terminorum potest intellectus
 assentire huic propositioni ‘corvus est albus’, quia nullam contradicitionem includit.

25 *(AD 2.)* Ad secundum dicitur quod corvus non potest subintelligi albus vere nec false, nisi corvus albus posset esse. Et hoc dico tentis significatis vocabulorum.

Et ulterius dicitur negando quod corvus potest subintelligi esse asinus,
 30 quia corvum esse asinum nihil est. Et hoc dico nullo termino accepto
 materialiter vel simpliciter.

Et ulterius dicitur, quando queritur quare Porfirius dicit hoc, hoc
 infra patebit.⁷

3 qui] quid E 4 in] de add. necnon del. E; in sup. lin. E^c 11 subintelligitur]
 supintelligitur E 22 essentialibus] essentialis E 29 potest] potestus (*sic*) E

7 Videas infra, AD OPP.

⟨AD 3.) Ad tertium dicitur quod talis conceptus potest causari a corvo et ab albedine et ab inherentia albedinis in corvo, si talis inherentia potest esse, et si non potest esse, non potest ab ea causari.

Et ulterius dicitur quod corvus causat conceptum simplicem corvi, et album causat conceptum simplicem albi, vel saltem *albedo existens in albo*. Et tunc habitis istis duobus conceptibus simplicibus intellectus de se est potens tales conceptus componere vel dividere, secundum affirmationem vel negationem mediante conceptu substantivo verbali.

Et *si dicatur* quod tunc sequeretur quod intellectus esset potentia activa et non tantum passiva, *ad hoc dicitur* concedendo quod intellectus est ipsa anima intellectiva, et omnis anima intellectiva, dummodo est in corpore, est actus corporis, et est formale principium agendi multas operationes corporales. Sed quod Aristoteles⁸ et Commentator,⁹ tertio *De anima*, dicunt intellectum esse potentiam passivam, intelligent respectu primorum actuum, vel specierum rerum intelligibilium respectu quarum intellectus se habet pure passive, quia intellectus non causat aliquam speciem alicuius rei intelligibilis que non est ipse intellectus, sed res ipsa causat in intellectum suam speciem, saltem vel mediate, vel immediate. Et hoc vult Aristoteles intelligere quando dicit quod intelligere est quoddam pati. Cum hoc tamen stat quod habitis talibus speciebus sive conceptibus simplicibus potest intellectus virtute sua propria se habere active respectu compositionis affirmative vel divisionis negative talium conceptuum.

Et ulterius dicitur quod tunc talis compositio vel talis propositio non habet aliquod obiectum totale sibi correspondens, et ideo non est intellectio simplex vel composita, quamvis poterit concedi quod habeat obiectum sive obiecta partialia, scilicet albedinem | et corvum, quia corvus est obiectum subiecti, et albedo vel album est obiectum predicati. Et consimiliter dicitur de ista propositione mentali ‘homo est asinus’, quia ex parte rei nihil correspondet sibi obiective adequate.

⁸ Aristoteles, *De anima*, Γ4, 429a10–11, 13–14. *Auctoritates* 185 (136): ‘Intellectus est pars animae. Intelligere est pati.’ (Cf. Aristoteles, *De anima*, Γ4, 429a10–11, 13–14); *Auctoritates* 187 (155): ‘Intellectus noster est ens in potentia.’ (Cf. S. Thomas, *In De anima*, III, lect. 11, n. 759; Cf. Aristoteles, *De anima*, Γ6, 430b23–24).

⁹ Averroes, *In De anima*, III, com. 12, p. 427, l. 22–23: ‘(...) intelligere est passio, non actio.’ *Auctoritates* 194 (244): ‘Intelligere est passio et non actio.’ (Averroes, *In De anima*, III, com. 12, p. 427, l. 22–23).

⟨AD 4.⟩ Ad quartum dicitur concedendo quod, si corvus albus non potest esse, corvus albus non potest subintelligi, sicud predictum est. Et ulterius conceditur quod intellectus non potest assentire alicui propositioni quam scit impossibilem, saltem respectu illius sensus ratione 5 cuius est impossibilis. Et ulterius quod ista non est impossibilis: ‘corvus est albus’, sicud predictum est.

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum vero in oppositum dicitur quod Porphyrius volens ostendere qualiter intellexit nigredinem esse inseparabilem a corvo et ab Ethiopi, videlicet non sic sicud proprium est inseparabile ab eo cuius est proprium, dicit quod potest subintelligi corvus albus, hoc est, intellectus potest assentire huic propositioni ‘corvus est albus’ et huic ‘Ethiops est albus’, et hoc intellectis significatis vocabulorum, quia corvus et nigredo sunt res totaliter distincte, et nigredo non sequitur corvum nec Ethiopem ratione suorum 10 principiorum essentialium, sed ratione alicuius complexionis accidentalis. Que quidem complexio posset artificialiter vel per potentiam prime cause taliter mutari quod in corvo resultaret albedo, quamvis hoc non posset fieri secundum communem cursum nature. Non igitur includit contradictionem quod corvus sit et non sit niger, sed albus, et ideo potest intellectus assentire huic propositioni ‘corvus est albus’. Vult igitur Porphyrius dicere quod nigredo est accidens inseparabile corvo, non sic quod nullo modo posset separari, sed sic quod secundum cursum nature non potest separari. Sed sic non est de proprio, quia intellectis significatis terminorum intellectus non potest assentire huic propositioni ‘homo 15 est, et non est risibilis’, quia secundum Lincolnensem, primo *Posteriorum* capitulo de *per se*,¹⁰ homo est risibilis ratione suorum principiorum essentialium, ita quod talibus principiis simul unitis sic videlicet quod homo existat, Deus non posset facere quin homo esset risibilis. Et ideo proprium per nullam potentiam est separabile ab eo cuius est proprium, 20 hoc est, tentis significatis vocabulorum. Proprium significative sumptum nullo modo potest vere negari ab eo cuius est proprium significative sumpto, idest personaliter sumpto. Ad ostendendum igitur differentiam inter ⟨in⟩separabilitatem proprii a suo subiecto et inseparabilitatem 25

¹⁸ communem] nature *add. necnon del. E* ²¹ dicere] dicere *corr. ex dicitur E | non]*

¹⁰ Robert Lincolnensis (= Grosseteste), *In Posteriorum analyticorum*. Ed. P. Rossi, *In A.Po. I, 4*, p. 111, l. 51–p. 112, l. 78

accidentis inseparabilis a suo subiecto, dicit Porfirius:¹¹ ‘potest autem
43^{rb} subintelligi corvus albus | et Ethiops nitens candore’.

Et sic patet istius questionis intellectus.

¹¹ *Isagoge*, v, 3 (13, 1–3): ‘Potest autem subintelligi et corvus albus et Aethiops amittens colorem praeter subiecti corruptionem’.

⟨QUESTIO 45⟩

Consequenter queritur utrum aliquod
accidens sit genus substantiale.

⟨1.⟩ Et arguitur primo quod sic:

5 iste terminus vocalis ‘animal’ est genus substantiale; iste terminus vocalis ‘animal’ est accidens; igitur, accidens est genus substantiale. Maior patet de se, et minor similiter.

- ⟨2.⟩ Item. Omne istud quod facit aliquam propositionem esse per accidens est accidens; aliquod genus substantiale facit propositionem esse per accidens; igitur, aliquod genus substantiale est accidens. Maior videatur evidens per istam regulam Aristotelis, primo *Posteriorum*,¹ ‘propter quod unumquodque tale et istud magis’. Si igitur aliqua propositio dicatur per accidens ratione alicuius termini, iste terminus erit accidens. Et minor declaratur, quia hec est per accidens: ‘dominus est homo’, vel 15 ‘dominus est animal’, et hoc ratione istius termini ‘animal’, quia ista est per se: ‘dominus est dominus’. Igitur, si isto predicato remoto et alio apposito resultet propositio per accidens, hoc erit ratione illius predicati appositi, igitur ista propositio ‘dominus est animal’ est per accidens ratione istius predicati appositi *animal*; igitur hoc predicatum *animal* est accidens.
- 20 ⟨3.⟩ Item. Omne istud quod est alicui accidens, est accidens; sed aliquod genus substantiale est alicui accidens; igitur aliquod genus substantiale est accidens, et ultra: igitur accidens est genus substantiale. Maior est evidens. Et minor patet per Aristotelem, capitulo de *relatione*,² qui dicit sic: ‘si servus ad dominum dicatur circumscriptis omnibus que sunt

7 minor] declaratur add. necnon exp. E 21 est] alica(?) add. necnon del. E

1 Aristoteles, *Analytica posteriora*, A2, 72a27–32: ‘semper enim propter quod est unumquodque, illud magis est’ – tr. Iacobi. *Auctoritates* 313 (29): ‘Non solum necesse est praecognoscere prima principia, aut omnia, aut quaedam, aut conclusionem, sed et magis; propter unumquodque tale et ipsum magis, ut propter quod amamus rem, illud est magis amatum et omnia posteriora scimus et credimus. Per primo ergo, illa magis scimus.’ (Aristoteles, *Analytica posteriora*, A2, 72a27–32).

2 Aristoteles, *Predicamenta*, 7, 7a35–39: ‘ut si servus ad dominum dicitur, circumscriptis omnibus quae sunt accidentia domino, ut esse bipedem vel scientiae susceptibilem vel hominem, relicto vero solo dominum esse, semper servus ad illud dicitur; servus enim domini servus dicitur’ – tr. Boethii.

accidentia domino, ut esse bipedem vel esse scientie susceptibilem vel hominem², ex isto textu manifeste apparet quod ista predicata *(esse) bipes, esse scientie susceptibile et homo* sunt accidentia domino. Et par ratione iste terminus ‘animal’. Igitur aliquod genus substantiale est accidens domino, et per consequens alicui est accidens.

5

(AD OPPOSITUM) Ad oppositum est Porfirius,³ qui dicit quod accidens est quod contingit eidem inesse et non inesse, vel quod neque est genus, neque species, neque differentia, neque proprium etcetera. Ex quo patet quod secundum ipsum nullum accidens est genus substantiale, quia de tali genere, ut videtur ibidem, loquitur in ista conclusione presuppositis diffinitionibus de accidente suprapositis.

10

(DISTINCTIO) Addo istam distinctionem quod aliquid dicitur ‘accidens’ tripli citer.

(I) Uno modo quia de aliquo per accidens verificatur, sicud iste terminus ‘homo’ verificatur per accidens de ‘domino’.

15

(II) Alio modo quia potest alicui adesse et eidem abesse preter subiecti corruptionem – id est preter hoc quod ‘esse’ vere negatur a tali subiecto significative sumpto – sicud iste terminus ‘sedens’ est accidens ‘homini’.

(III) Tertio modo quia connotat aliquod extrinsecum quod est accidens realiter inherens subiecto, sicud iste terminus ‘nigrum’ vel ‘niger’ connotat aliquod extrinsecum corvo quod est realiter in corvo sicud accidens in subiecto.

20

43^{va} *(CONCLUSIO PRIMA)* Prima igitur conclusio est ista | quod omnis terminus, sive substantialis, sive accidentalis primo modo, est accidens, quia omnis terminus competit alicui per accidens, igitur omnis terminus est accidens. Consequentia patet per primum membrum distinctionis. Et antecedens satis manifeste elicetur ab Aristotele in textu allegato, in capitulo de *relatione*, nam, sicud ‘homo’ est accidens domino, ita ‘Deus’ est accidens scienti A propositionem, et sic de quibuscumque aliis terminis, communibus *(vel)* substantialibus vel accidentalibus.

25

30

² *predicata]* scilicet(?) *add. necnon del. E*

³ *Isagoge*, v, 4 (13, 3–5): ‘Definitur autem sic quoque: accidens est quod contingit eidem esse et non esse, vel quod neque genus, neque species, neque differentia, neque proprium (...)

Ex quo sequitur correlarie quod omne genus substantiale est accidens, et omnis species substantialis, et omnis differentia, et omne proprium, quia quodlibet istorum est terminus, et ultra: igitur aliquod accidens est genus substantiale, et aliquod accidens est species, etcetera.

- 5 ⟨CONCLUSIO SECUNDA⟩ Secunda conclusio est ista quod nullum accidens secundo modo acceptum secundum quod potest adesse vere per predicationem affirmativam alicui subiecto et potest abesse vere per predicationem negativam ab eodem subiecto sine corruptione subiecti, est genus substantiale. Ista statim patet, quia de quocumque verificatur iste
- 10 terminus ‘animal’, ab eodem non potest vere negari ipso existente in rerum natura, et pari ratione nec aliquod aliud genus substantiale, igitur nullum genus substantiale est tale accidens. Et per consequens nullum tale accidens est genus substantiale.

⟨AD 1.⟩ Ad primum principale dicitur concedendo conclusionem quantum ⟨est⟩ de virtute conclusionis, quia suppono ad presens quod omnis terminus mentalis sit accidens realiter alicui inherens, et similiter omnis terminus vocalis. Non est tamen accidens secundo modo acceptum, quomodo accipit Porphyrius accidens.

- 15 ⟨AD 2.⟩ Ad secundum dicitur concedendo conclusionem in sensu quo ponitur prima conclusio. Nec plus probat argumentum.

⟨AD 3.⟩ Ad tertium patet per idem, quia non aliud concludit nisi quod aliquod genus substantiale competit alicui per accidens. Et hoc conceditur, sicud predictum est.⁴

⟨AD ARGUMENTUM IN OPPOSITUM⟩ Ad argumentum in oppositum dicitur quod Porphyrius accipit ‘accidens’ secundo modo, et de tali accidente verum est dicere quod non est genus substantiale, nec species, nec differentia, nec proprium.

- 25 Vel potest dici quod accipit ibi ‘accidens’ tertio modo propter istud quod sequitur, quo dicit:⁵ ‘semper autem est in subiecto subsistens’ idest de tali accidente personaliter sumpto potest semper verificari ‘esse in subiecto’, et hoc sine aliqua nova impositione terminorum.

¹⁴ primum] primum iter. necnon del. E ²⁶ nec] sub add. necnon del. E ³¹ terminorum] Explicit explicitat qui plus vult scribat. Explicant questiones libri Porphyrii. add. Em

⁴ Videas supra, CONCL. 1.

⁵ Isagoge, v, 4 (13, 5): ‘(...) semper autem est in subiecto subsistens’

Index nominum

Aristoteles, *passim*

Averroes, 187, 234, 278, 333, 335,
384, 389, 393, 398, 400

Avicenna, 229

Boethius, 177, 216, 353, 356

Donatus, 222

Peter of Spain, 233

Porphyrius, *passim*

Robert Grosseteste, 401

Thomas Aquinas, 235, 237

Index verborum notabilium

Accidens: *accidens logicale* accipiatur tantummodo pro termino qui accidentaliter predicatur, et *reale* pro re que accidentaliter inheret alicuius subiecto. Q. 30, DIST. 1 (29^{vb}).

– ‘accidens’ accipitur dupliciter. Uno modo *pro termino qui accidentaliter predicatur*, hoc est, non per se primo modo vel secundo modo dicendi per se. Et sic accidens est quintum universale. Et isto modo iste terminus ‘accidens’ est nomen secundum intentionis. Alio modo accipitur ‘accidens’ *pro aliqua re inherente alicui subiecto cum quo non facit per se unum*, sive talis res sit signum, sive non. Et sic iste terminus ‘accidens’ est nomen prime intentionis. Q. 42, DIST. 1 (40^{ra}).

– aliquid dicitur ‘accidens’ tripliciter. *I:* Uno modo *quia de aliquo per accidens verificatur*, sicud iste terminus ‘homo’ verificatur per accidens de ‘domino’. *II:* Alio modo *quia potest alicui adesse et eidem abesse preter subiecti corruptionem* – id est preter hoc quod ‘esse’ vere negatur a tali subiecto significative sumpto – sicud iste terminus ‘sedens’ est accidens ‘hominis’. *III:* Tertio modo *quia connotat aliquod extrinsecum quod est accidens realiter inherens subiecto*, sicud iste terminus ‘nigrum’ vel ‘niger’ connotat aliquod extrinsecum corvo quod est realiter in corvo sicud accidens in subiecto. Q. 45, DIST. UN. (43^{rb}).

– iste terminus ‘accidens’ non est per se superius ad qualitatem, sed e

converso. Q. 22, CONCL. 4 (21^{va}) – nullum accidens adest et abest preter subiecti corruptionem, et hoc qualitercumque accipitur ‘accidens’ sive ‘adesse et abesse’. Q. 42, CONCL. 1 (40^{ra}) – hec propositio: ‘accidens adest et abest etcetera’ est vera secundum intellectum auctoris, quia stat loco istius ‘accidens potest adesse et abesse preter subiecti corruptionem’. Q. 42, CONCL. 2 (40^{ra}) – omne accidens quod est universale, potest adesse et potest abesse preter subiecti corruptionem. Q. 42, CONCL. 3 (40^{ra}) – omne accidens reale potest a subiecto separari preter corruptionem subiecti. Q. 42, CONCL. 4 (40^{ra}) – hec est possibilis: ‘accidens separatur a subiecto’. Q. 42, CONCL. 6 (40^{rb-va}) – ista est possibilis: ‘accidens est quod separatur a subiecto’. Q. 42, CONCL. 7 (40^{va}) – hec est impossibilis: ‘accidens quod non est, separatur a subiecto’. Q. 42, CONCL. 8 (40^{va}) – hec est impossibilis: ‘aliquid accidens separatur totaliter a subiecto’. Q. 42, CONCL. 8 (40^{va}) – aliquid accidens est genus substantiale, et aliquid accidens est species, etcetera. Q. 45, CONCL. 1 (43^{va}) – nullum accidens secundo modo acceptum secundum quod potest adesse vere per predicationem affirmativam alicui subiecto et potest abesse vere per predicationem negativam ab eodem subiecto sine corruptione subiecti, est genus substantiale. Q. 45, CONCL. 2 (43^{va}).

Videas Inseparabile accidens; Separabile accidens; Subiectum accidentis.

Actus et potentia: ‘actus et potentia’ accipiuntur dupliciter, scilicet realiter et logicaliter. – *Actus et potentia si accipientur realiter:* Realiter secundum quod ‘materia prima’ dicitur potentia respectu forme, et ‘forma’ dicitur actus respectu materie, et etiam secundum quod ‘potentia intellectiva’ et ‘potentia visiva’ et ‘potentia auditiva’ et *{sic de}* aliis dicuntur potentie respectu actus. – *Actus et potentia si accipientur logicaliter:* Logicaliter, ut si aliquod predicatum competit alicui subiecto particulariter et non universaliter, eo quod subiectum sit in plus quam predicatum, hoc est quod subiectum sit communius quam predicatum, tunc dicitur breviter loquendo quod tale predicatum competit tali subiecto tantum potentia et non actu. Et si aliquod predicatum competit alicui subiecto universaliter, tunc dicitur quod sibi competit actu quia actualitate universaliter. Q. 39, DIST. UN. (37^{va}).

Actus exercitus / actus significatus: duplex est ‘actus logicalis’, scilicet actus exercitus et actus significatus. *Actus exercitus* est propositio, cuius copula sive verbum principale est hoc verbum ‘est’, sicut patet *{in}* talibus propositionibus ‘homo est animal’, ‘Sortes est homo’, ‘albedo est color’, et sic de aliis. *Actus significatus* est propositio cuius copula sive verbum principale est hoc verbum ‘predicatur’ vel aliquid sibi equivalens, cuiusmodi sunt talia: ‘competit’, ‘inest’, ‘dicitur’, ‘verificatur’, et similia. Et tales propositiones

sunt huiusmodi: ‘animal predicatur de homine’, ‘animal dicitur de homine’, ‘animal competit homini’, ‘predicatum inest subiecto’, ‘animal verificatur de homine’, et consimiles. Et vocatur primus actus ‘exercitus’ et secundus ‘significatus’, quia per primum exercitur predicatio que per secundum significatur, sicut patet per istam: ‘animal predicatur de homine’, significatur ista prima que exercetur in ista propositione: ‘homo est animal’. Q. 25, DIST. 1 (24^{vb}–25^{ra}).

Adesse et abesse: ‘adesse et abesse’ accipitur dupliciter, scilicet, logicaliter et realiter. *Logicaliter* aliquid dicitur ‘adesse et abesse’ per divisionem affirmativam vel negativam, *realiter* per realem inherentiam vel per realem separationem. Q. 42, DIST. 2 (40^{ra}).

Anterioritas: premittitur distinctio de anterioritate *reali* et *logicali*, et quod ‘anterioritas’ in proposito accipitur brevitatis gratia pro ‘superioritate per se’. Q. 19, DIST. UN. (17^{vb}).

Cognitio predicamentorum: – nullum necesse est habere cognitionem generis ad *(cognitionem)* predicamentorum habendam. Q. 1, CONCL. 3 (1^{rb}) – ad perfectam cognitionem predicamentorum habendam necesse est necessitate conditionata cognitionem generis et aliorum universalium haberi. Q. 1, CONCL. 5 (1^{rb–va}) – ad perfectam cognitionem predicamentorum habendam non est necesse necessitate absoluta cognitio universalium haberi. Q. 1, CONCL. 6 (1^{va}). *Videas Scientia.*

Cognitio relativorum: non cuiuslibet relativi prima notitia qua cognoscitur quid tale relativum significat, est eius notitia diffinitiva per suam correlarium. Q. 17, CONCL. 1 (16^{va}) – prima notitia alicuius relativi qua scitur *(quid)* tale relativum significat, causatur per aliquam informationem non diffinitivam sed potius narrativam. Q. 17, CONCL. 2 (16^{va}) – possible est primam notitiam *(esse)* diffinitivam. Q. 17, CONCL. 3 (16^{va}) – possibile est aliquem scire quid relativum significat principale sine hoc quod sciat quid significat suum correlarium. Q. 17, CONCL. 5 (16^{vb}) – impossibile est aliquem scire diffinitive quid relativum significat principaliter et connotat nisi sciat quid significetur per suum correlarium. Q. 17, CONCL. 6 (16^{vb}).

Commune: ‘commune’ est duplex, scilicet, commune univocum et commune equivocum. – *Commune univocum:* ‘Commune univocum’ dicitur istud quod competit pluribus mediante eodem conceptu, sive simplici sive composito eque primo, ita quod, si sit conceptus compositus, non competit uni ratione unius partis talis conceptus et alteri ratione alterius partis, sed utrumcumque competit ratione cuiuslibet partis talis conceptus compositi; et talis conceptus compositus est diffinitivus quia competit cuilibet supposito sub diffinito ratione cuiuslibet sue partis, sicud ista diffinitio ‘animal rationale mortale’ non tantum competit Sorti ratione ‘animalis’, sed etiam ratione ‘rationalis’ et ‘mortalis’. – *Commune equivocum:* ‘Commune equivocum’

dicitur istud quod competit pluribus ratione diversorum conceptuum, sive isti conceptus sint simplices, sive compositi, ita videlicet quod istud commune competit uni mediante uno conceptu simpli, et alteri mediante alio, et tertio mediante tertio, quamvis ex ipsis conceptibus unus conceptus componatur. Q. 12, DIST. 1 (10^{vb}).

Consequentia: a propositione ad suas exponents Q. 31, CONCL. 2 (30^{vb}).

Credere: Platonem esse non potest credi, posito quod Plato non sit, nec poterit esse. Q. 44, CONCL. 7 (42^{va}) – posito quod Plato non sit, et quod Sortes habeat actum complexum in mente sua, vel saltem aliquem actum quo crederet Platonem esse, si Plato esset, et lateat Sortem Platonem non esse, tunc Sortes non crederet Platonem esse. Q. 44, CONCL. 8 (42^{va}) – tento eodem casu Sortes non credit se credere Platonem esse. Q. 44, CONCL. 9 (42^{va}).

Credulitas: omnis notitia informativa ab homine vel a libero presupponit credulitatem addiscentis. Q. 17, CONCL. 4 (16^{vb}).

De virtute sermonis: Q. 4, AD 4. *(ad probationem prime propositionis, ad probationem secunde propositionis)* (4^{rb}, 4^{va}); Q. 6, AD 2. (6^{ra}); Q. 9, AD OPP. (8^{rb}); Q. 15, AD 5. (5^{rb}); Q. 17, AD 4. (17^{ra}); Q. 25, DIST. 2 (25^{ra}); Q. 29, AD 2. (29^{rb}); Q. 31, CONCL. 9 (31^{ra}); Q. 34, AD 4. (34^{va}); Q. 36, AD 2. (35^{va}); Q. 39, CONCL. 1 (37^{va}); Q. 40, CONCL. 7 (38^{va}).

Descriptio: Q. 3, DIST. UN. (2^{vb}).

Descriptiva oratio: Q. 3, DIST. UN. (2^{vb}).

Deus: iste terminus ‘Deus’ accipitur dupliciter, scilicet proprie, et communiter. – *Deus proprie acceptus:* Proprie accipitur pro prima causa, – *Deus communiter acceptus:* sed communiter accipitur pro quocumque habente aliquam similitudinem specialem cum prima causa, scilicet vel quia est per(p)etuum sicut prima causa, vel quia habet intellectum sicut prima causa, vel quia precise diligitur sicut prima causa deberet diligi. Unde Psalmista ‘dixi: dii estis, et filii excelsi omnes’, et Apostolus etiam loqui de gulosis dicit ‘quorum deus venter est’, et alibi est Psalmista ‘omnes dii gentium demonia’. Q. 35, DIST. 2 (34^{vb}).

– Deus proprie non habet aliquam differentiam specificam cum eo convertibilem, et hoc accipiendo proprie ‘Deum’ pro primo principio indivisibili. Q. 35, CONCL. 1 (34^{vb}) – Deus proprie non habet diffinitionem. Q. 35, CONCL. 2 (34^{vb}) – hoc predicatum ‘rationale’ secundum quod est differentia specifica, non verificatur de Deo, accipiendo ‘Deum’ proprie. Q. 35, CONCL. 3 (34^{vb}) – hic terminus ‘rationalis’ equivoce verificatur de materia hominis, et de homine, et de Deo. Q. 35, CONCL. 4 (35^{ta}) – accidente accepto pro uno predicabili accidentaliter, Deo potest competere aliquod accidens. Q. 43, CONCL. 3 (41^{va}).

Differentia: ‘aliquam differentiam aliquid constituere’ potest intelligi tripliciter: uno modo *existenter sive realiter*, sicut materia et forma que constituunt compositum; alio modo

diffinitive, sicut differentia constituit hominem, quia constituit istam diffinitionem, et ideo differentia est primum diffinitivum hominis; tertio modo *convertibiliter*, scilicet quia differentia addita alicui non convertibili cum eo cuius est differentia constitutiva, contrahit ipsum, ut totum resultans ex ipso et tota differentia convertibiliter cum eo cuius est differentia, contrahit ipsum cui additur ad standum tantummodo pro significato vel significatis illius cuius est differentia, sicut hec differentia ‘rationale mortale’ addita subiecto vel corpori vel animali contrahit ipsum ad standum tantummodo pro significato vel significatis. Q. 35, DIST. 1 (34^{vb}).

– *Perceptio differentium:* omnis perceptio aliquorum differentium primo fit per sensum vel presupponit sensationem qua percipiuntur aliae differentie. Q. 32, DECL. (31^{vb}).

Videas Suscipere magis et minus.

Differentia per se: ‘differentia per se’ accipitur multipliciter. – *Differentia per se large accepta:* Uno modo, scilicet large pro omni eo quod predicitur per se de aliquo, et potest esse medium syllogisticum ad concludendum significatum illius de quo verificatur ab alio specifice differre, et connotat specialiter aliquem partem essentialem vel aliquod accidens, formaliter procedens sive materialiter ab aliqua tali parte vel a toto composito ex talibus partibus. Et isto modo omne proprium est differentia per se et precise omne proprium substantiale. (...) – *Differentia per se stricte accepta:* Differentia vero per se stricte vocatur aliquis terminus discrete significans

vel connotans aliquam partem essentialem compositi ex materia et forma nihil extrinsecum discrete connotans sive significans, potens esse medium syllogisticum ad concludendum aliqua specificē differre. (...) Et ista est differentia completiva diffinitionis proprie dicte. Q. 32, DIST. UN. (32^{ab}).

– nulla differentia proprie dicta predicitur in quid primo modo. Q. 34, CONCL. 3 (34^{rb}) – omnis differentia divisiva generis per se est constitutiva alicuius speciei per se. Q. 36, CONCL. 1 (35^{rb}) – aliqua differentia divisiva generis dividens aliquod genus non constituit aliquam speciem. Q. 36, CONCL. 2 (35^{rb}) – nulla differentia est necessaria ad divisionem generis. Q. 37, CONCL. 1 (36^{ra}) – nulla differentia est necessaria ad divisionem generis in suas species. Q. 37, CONCL. 2 (36^{ra}) – omnis differentia est necessaria ad divisionem generis in suas species per se primo modo. Q. 37, CONCL. 3 (36^{ra}) – omnis differentia est accidentis. Q. 45, CONCL. 1 (43^{va}).

Differentia specifica: duplex est differentia specifica, scilicet formalis et materialis. – *Differentia specifica formalis:* Formalis que fit gratia alicuius forme; – *Differentia specifica materialis:* materialis que fit gratia alicuius materie. – *Differentia specifica formalissubstantialis:* Formalis adhuc est duplex, nam quedam est substantialis, scilicet illa que est gratia alicuius forme substantialis, et quedam accidentalis, – *Differentia specifica accidentalis:* scilicet ista que fit gratia alicuius forme accidentalis. Accidentalis adhuc est duplex. Quia quedam fit per se, et quedam per accidentis. *Differentia specifica acci-*

dentalis per se: Per se, sicut albedo, que est forma accidentalis, per se differt a nigredine; *Differentia specifica accidentalis per accidens:* per accidens, sicut Sortes secundum suam albedinem a Platone nigro specie per accidens differt. Q. 31, DIST. 1 (30^{va}). – differentia specifica substantialis de qua loquitur Porphirius, semper facit aliud, et hoc transsumptive loquendo ad istum intellectum quod talis differentia est medium concludendi aliqua duo esse differentium formarum substantialium, et per consequens quod talia duo habent dissimiles formas substantialies. Q. 31, CONCL. 12 (31^{rb}) – aliiquid facit per se differre quod non est differentia specifica. Q. 32, CONCL. 1 (32^{rb}) – accipiendo transsumptive ‘facere differre’, aliiquid facit per se differre quod non est differentia specifica. Q. 32, CONCL. 2 (32^{rb}) – accipiendo transsumptive ‘facere differre’, aliiquid connotans aliquam formam facit per se differre quod non est differentia specifica. Q. 32, CONCL. 3 (32^{rb}) – omne connotans formam intrinscam et non extrinsecam, quod predicitur primo modo dicendi per se de aliquo subiecto, et potest esse medium syllogisticum concludendi significatum talis subiecti a quocumque alio specificē differre, est differentia specifica. Q. 32, CONCL. 4 (32^{va}) – aliiquid est differentia specifica quod non discrete connotat aliquam formam. Q. 32, CONCL. 5 (32^{va}) – nulla differentia specifica accipiendo ‘differentiam’ sicut logici accipiunt et sicut Porphyrius accipit, quando dicit: ‘differentia predicitur in quale’, est constitutiva alicuius substantie. Q. 34, CONCL. 1 (34^{rb}) – omnis differentia specifica est constitutiva substantie

acciendo 'substantiam' pro diffinitione. Q. 34, CONCL. 2 (34^{tb}) – omne istud a quo accipitur differentia specifica 'animalis' constituit substantiam animalis acciendo 'substantiam' pro re que non est signum, scilicet pro essentia. Q. 34, CONCL. 5 (34^{tb}) – nulla differentia specifica est necessaria ad divisionem generis in suas species secundo modo per se. Q. 37, CONCL. 4 (36^{ra}) – ad divisio(nem) generis in suas species per se primo modo formaliter, est aliqua differentia specifica necessaria necessitate conditionata. Q. 37, CONCL. 5 (36^{rab}) – aliqua differentia specifica competit generi actu. Q. 39, CONCL. 3 (37^{vb}) – nulla differentia specifica alicuius speciei competit actu generi talis speciei. Q. 39, CONCL. 4 (37^{vb}).

Differre: 'aliquid differre ab alio' potest intelligi dupliciter, scilicet primo, vel non primo sed secundum partem. – *Aliquid primo differre ab alio:* Primo quando aliquod totum differt ab isto a quo differt secundum se et secundum quodlibet sui partem, sicut Sortes differt a Platone. – *Aliquid non primo sed secundum partem differre ab alio:* Non primo sed secundum partem quando aliquid differt ab aliquo a quo differt secundum aliquam sui partem, et secundum quamlibet sui partem ab isto non differt, sicut Sortes differt a sua manu dextera secundum suam manum sinistram, vel pedem, et non differt a sua manu dextera secundum suam manum dexteram. Q. 28, DIST. UN. (28^{tb}).

– aliquid ab alio potest differre tripliciter: uno modo *primo et per se*, quando scilicet aliquid ab alio differt secundum se et

secundum quamlibet sui partem; alio modo *non primo sed per se*, scilicet quando aliquid ab alio differt secundum aliquam sui partem et non secundum quamlibet; tertio aliquid ab alio differt *nec primo nec per se, sed tantum secundum accidens*, quia tali (modo) ab eo differt secundum suum accidens. Q. 30, DIST. 4 (29^{vb}).

– aliquid ab alio potest differre dupliciter: uno modo *proprie et stricte*, sicut Sortes differt a Platone per semetipsum et per eius partem; alio modo *transsumptive*, sicut dicimus quod Sortes si sit sedens differt a Platone stante per hoc separabile accidens, scilicet 'sedens', quod stat loco istius propositionis Sortes concluditur differre ab Platone syllogistice per hoc medium 'sedens', igitur Sortes differt a Platone ita quod ista propositio Sortes per hoc separabile accidens sedens differt a Platone. Et est distinguende penes amphiboliam: in sensu proprio falsa est; in sensu transsumptive secundum quod iam expositum est, est vera. Et ista distinctio in ista materia maxime est necessaria, quia Porfirius et alii doctores in ista materia loquitur transsumptive potius quam proprie. Q. 29, DIST. 1 (29^{ra}).

– nihil differt ab aliquo. Q. 28, CONCL. 1 (28^{tb}) – nihil differt ab alio. Q. 28, CONCL. 2 (28^{rb}) – nihil quod est, differt ab aliquo, et omne quod est, ab alio differt. Q. 28, CONCL. 3 (28^{va}) – nihil differt a se. Q. 28, CONCL. 4 (28^{va}) – omne quod est, differt a se quod non est. Q. 28, CONCL. 5 (28^{va}) – omne quiescens differt a se currente. Q. 28, CONCL. 5 (28^{va}) – omnis stans differt a se sedente. Q. 28, CONCL. 5 (28^{va}) – omnis puer differt a se sene. Q. 28,

CONCL. 5 (28^{va}) – omne senex differt a se puer. Q. 28, CONCL. 5 (28^{va}) – accipiendo ‘differentiam’ (...) pro termino qui predicatur in quale, per quid tamquam per medium syllogisticum potest vere syllogisari aliquid ab alio differre, nihil aliud a termino ab alio differt per aliquam differentiam proprie accipiendo ‘differre’. Q. 29, CONCL. 1 (29^{rb}) – omne quod ab aliquo differt, ab eodem differt per accidens separabile logicale accipiendo ‘differre’ transsumptive. Q. 29, CONCL. 2 (29^{rb}) – omnis differentia ab alio differt per differentiam proprie accipiendo ‘per aliquid differre’. Q. 29, CONCL. 3 (29^{rb}) – aliquid ab alio differt proprie, primo et per se inseparabili accidente. Q. 30, CONCL. 1 (29^{vb}) – aliquid ab alio differt transsumptive inseparabili accidente. Q. 30, CONCL. 3 (29^{vb}).

Videas Differentia specifica.

Diffinitio: ‘diffinitio’ accipitur tripliciter, scilicet, large, stricte et strictissime, hoc dictu est: communiter, proprie et propriissime. – *Diffinitio large accepta:* Diffinitio large accepta extendit se ad quemcumque connotationem, sive convertibilem, sive non convertibilem cum diffinito. – *Diffinitio stricte accepta:* Diffinitio stricte accepta non extendit se ad connotationem, sed ad descriptiōnem sive diffinitionem datam per additamentum, et talis diffinitio datur per genus et per proprium et aliquando per plura accidentia, sive per plures terminos accidentiales qui simul compositi faciunt unum accidens convertibile cum diffinito, sicut patet in ista diffinitione ‘homo est animal et bipes, recte intendens’. – *Diffinitio stricissime*

accepta: Diffinitio vero strictissime accepta vocatur illa que componitur ex genere diffiniti et differentia specifica cum diffinito convertibili, sicut patet de ipsa diffinitione ‘substantia animata sensibilis’. Q. 17, DIST. 1 (16^{rb}).

– triplex est diffinitio, nam quedam est diffinitio quid nominis, et quedam est oratio descriptiva sive descriptio, et quedam est diffinitio propriissime dicta. – *Diffinitio quid nominis:* Diffinitio vero quid nominis est oratio compendiosa indicans quid nomen significat. Et accipitur hic ‘nomen’ largissime secundum quod convertitur cum ‘dictione’, sive talis dictio sit verbum, sive nomen acceptum stricte, sive composita sive simplex. Talis diffinitio quid nominis adhuc accipitur dupliciter, scilicet proprie et communiter. – *Diffinitio quid nominis proprie accepta:* Proprie scilicet, quando convertitur cum diffinito. – *Diffinitio quid nominis communiter accepta:* Communiter, quando extendit se ad orationem indicantem quid nomen significat, quamvis talis oratio non convertitur cum diffinito. – *Diffinitio descriptiva:* Descriptiva vero diffinitio est oratio compendiosa indicans essentiam diffiniti per genus (et) per proprium sive per propria talis diffiniti. Et ista vocatur ab Aristotele, septimo *Metaphysice*, ‘diffinitio data per additamentum’, quia datur per aliquid quod connotat aliquid extrinsecum (...). – *Diffinitio propriissime dicta:* Diffinitio vero propriissime dicta est oratio compendiosa indicans essentiam diffiniti per essentialia sive per substantialia, idest: per terminos non connotantes aliquid extrinsecum essentie

rei diffinitio. Et talis diffinitio subdividitur secundum quod elicetur ab Aristotele, primo *De anima*, nam: quedam est naturalis, et quedam est dialectica. – *Diffinitio propriissime dicta naturalis*: Diffinitio vero naturalis est oratio compendiosa indicans essentiam diffiniti per substantialia, secundum substantialium aliquid significat specialiter materiam rei diffinitae, ut si diffiniatur domus sic: ‘domus est substantia composita ex fundamento, lapide et parietibus, lignis et tecto, stramento’, vel aliquid consimile, quod specialiter significat vel connotat materiam rei distincte, vel formam talis rei existere in tali materia. (...) Et dicitur (ista) diffinitio ‘naturalis’ propter hoc quod naturalis philosophus specialiter inquirens naturam rei, et eius principia essentialia exprimit per diffinitionem suam principia naturalia rei diffinitae. (...) Unde *diffinitio naturalis est duplex*, nam quedam distincte exprimit materiam tantum, et quedam tam materiam quam formam, sive finem, quia forma et finis intrinsecus coincidunt. Et ista est diffinitio propriissime naturalis, ut si ‘domus’ sic diffiniatur: ‘domus est quoddam compositum ex lignis et lapidibus protectivum a passionibus aeris’, vel si ‘homo’ sic diffiniatur: ‘homo est animal compositum ex corpore et anima intellectiva’. – *Diffinitio propriissime dicta dialectica*: Diffinitio vero dialectica est oratio compendiosa indicans essentiam rei distincte per substantialia, quorum substantialium aliquid significat, vel connotat formam rei diffinitae, et utrumque significat specialiter, vel connotat materiam vel formam, ut si ‘domus’ sic diffiniatur: ‘domus

est quod dicitur protectivum a pluvii et ventis, scilicet caloribus et frigetudinibus’, vel: ‘domus est quod dicitur protectivum a passionibus aeris’. (...) (Ista) diffinitio dicitur ‘dialectica’ quia dialecticus non ita profunde speculatur, nec ita exquisite inquirit de principiis naturalibus rei, sed sufficit sibi per aliquam opinionem devenire ad formam rei, et ipsam quoddammodo in diffinitione exprimere. (...) Diffinitio vero dialectica vocatur sicut predictum est, que fit cum expressione forme vel finis in diffinito, ut si ‘homo’ sic diffiniatur: ‘homo est rationale mortale’. Q. 38, DIST. 1 (36^{ab}).
 si sit notitia generis, omnis diffinitio potest assignari. Q. 3, CONCL. 3 (2^{vb}) – possibile est aliquem scire aliquam diffinitionem dari per genus sine hoc quod talis sciat quid sit genus diffinitive. Q. 3, CONCL. 7 (3^{ra}) – necesse est necessitate conditionata genus ponи in diffinitione speciei ad istum intellectum quod hec sit vera: si species bene diffinitur, genus ponи(tur) in eius diffinitione. Q. 17, CONCL. 7 (16^{vb}) – nulla diffinitio proprie dicta predicatur in quid primo modo. Q. 34, CONCL. 3 (34^{rb}) – omnis diffinitio proprie dicta predicatur in quid non primo, quia rationis sue partis. Q. 34, CONCL. 4 (34^{rb}) – diffinitio est oratio compendiosa. Q. 38, CONCL. 1 (37^{ra}) – omnis diffinitio est eque nota vel notior diffinitio. Q. 38, CONCL. 2 (37^{ra}) – omnis diffinitio est diffinitio quid nominis. Q. 38, CONCL. 3 (37^{ra}) – aliqua diffinitio proprie dicta non datur per differentiam (acceptam) a specie, vel a formalitate. Q. 38, CONCL. 4 (37^{ra}) – omnis diffinitio

dialectica propriissime dicta datur per differentiam specificam. Q. 38, CONCL. 5 (37^{ra}) – aliqua diffinitio proprie dicta datur per differentiam specificam connotantem aliquod extrinsecum quod non est de essentia rei cui dicitur extrinsecum. Q. 38, CONCL. 6 (37^{ra}) – inter diffinitiones proprie dictas una est rationabilior alia. Q. 38, CONCL. 7 (37^{ra}) – differentia formarum non – saltem non omnes – debent poni in diffinitione. Q. 38, CONCL. 8 (37^{ra}) – omnis diffinitio proprie dicta sive naturalis, sive dialectica, datur per differentiam specificam. Q. 38, CONCL. 9 (37^{rb}).

Diffinitio data per additamentum: Q. 3, DIST. UN. (2^{vb}).

Diffinitio differentie ‘differentia est qua abundant species a genere’: predicta diffinitio ‘differentie’ de virtute sermonis non convertitur cum diffinito. Q. 39, CONCL. 1 (37^{va}) – predicta diffinitio est bona secundum intellectum auctoris, scilicet si suppleatur istud quod auctor intelligit, et tunc debet sic suppleri: differentia est qua abundat actu et per se primo modo species a genere. Q. 39, CONCL. 2 (37^{vb}).

Diffinitio differentie ‘differentia est que predictor de pluribus specie differentibus in eo quod quale’: ista diffinitio non convertitur (*cum*) differentia. Q. 40, CONCL. 1 (38^{ra}) – ista diffinitio convertitur cum diffinito secundum intellectum auctoris, quia auctor intendit ibi diffinire differentiam specificam subalternam. Q. 40, CONCL. 2 (38^{ra}).

Diffinitio differentie ‘differentia est istud quod est aptum natum dividere ista que sunt sub eodem genere’: ista diffinitio non est convertibilis cum differentia specifica. Q. 40, CONCL. 3 (38^{rb}) – ista diffinitio convertitur cum diffinito ad intentionem auctoris, quia auctor intendit ibi tantummodo diffinire ‘differentiam’ secundum quod se extendit ad differentiam proprie dictam et magis proprie dictam, et hoc est ad proprium et ad differentiam specificam. Q. 40, CONCL. 4 (38^{rb}).

Diffinitio differentie ‘differentia est qua different a se singula’: ista propositio secundum intellectum auctoris est vera, quia auctor intelligit: ‘singula qua a se differunt, et est differentia’. Q. 40, CONCL. 5 (38^{rb}) – aliqua diffinitio non est predicable de suo diffinito, quia si hoc diffinitum ‘differentia’ ponatur a parte subiecti, tunc propositio est falsa. Q. 40, CONCL. 6 (38^{rb}) – aliquod diffinitum est verificabile de sua diffinitione, quequidem diffinitio de ipso diffinito non est verificabilis, quia: de ista diffinitione ‘singula qua a se differunt’ est hoc diffinitum ‘differentia’ verificabile. Q. 40, CONCL. 6 (38^{rb}) – non semper diffinitio et diffinitum convertuntur, quia non semper verificantur de se mutuo universaliter et affirmative. Q. 40, CONCL. 6 (38^{rb}).

Diffinitio differentie ‘differentia est istud quod ad esse rei conduit, et quod eius quod est esse rei pars est’: non est diffinitio convertibilis cum differentia specifica, si accipiatur de virtute sermonis. Q. 40, CONCL. 7 (38^{va}) – ista diffinitio convertitur cum differentia specifica ad

intellectum auctoris, quia auctor intelligit quod differentia specifica est istud quod diffinitionem proprie dictam complet, et quod est pars formalis diffinitionis proprie dicte. Debet ergo sic intelligi: ‘differentia est istud quod complet diffinitionem rei proprie dictam, idest, quod est pars formalis diffinitionis proprie dicte’. Q. 40, CONCL. 8 (38^{ra}).

Diffinitio quid nominis: Diffinitio vero quid nominis vocatur oratio indicans quid nomen significat, convertibilis cum tali nomine, quam non oportet aliquod genus intrare. Q. 3, DIST. UN. (2^{vb}).

– sine genere potest diffinitio quid nominis assignari. Q. 3, CONCL. 1 (2^{vb}).

Diffinitio quid rei: Diffinitio vero quid rei accipitur dupliciter, quia quedam est *que datur per essentialia*, idest: per terminos essentiales nihil extrinsecus connotantes cuiusmodi sunt genus diffiniti, et differentia specifica, et vocatur diffinitio propriissime dicta. Alia est diffinitio quid rei *que datur per propria sive accidentalia et per genus diffiniti*, ut si homo diffiniretur: ‘homo est animal risibile’ vel ‘homo est animal recte sedens’, et vocatur per Aristotelem ‘diffinitio data per additamentum’, et a Boethio vocatur ‘descriptio’ sive ‘descriptiva oratio’. Q. 3, DIST. UN. (2^{vb}). – nulla diffinitio quid rei potest assignari sine omni genere vel sine genere istius. Q. 3, CONCL. 2 (2^{vb}) – diffinitio quid rei potest assignari ab aliquo sine hoc quod sciatur quid sit genus diffinitive ab eodem. Q. 3, CONCL. 5 (2^{vb}) – necesse est necessitate conditionata scientem se diffinire

diffinitione quid rei scire quid sit genus etcetera. Q. 3, CONCL. 6 (3^{ra}).

Diffinitio specie ‘species est que predicitur de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit’: ista diffinitio speciei: ‘species est quod predicitur de pluribus numero differentibus in esse quod quid’ non est bona. Q. 17, CONCL. 8 (16^{vb}) – potest teneri quod predicta diffinitio, etiam cum suppletione (‘species est que predicitur de pluribus numero differentibus, et non specie, in eo quod quid’), non est bona. Q. 18, CONCL. 1 (17^{tb}) – ista diffinitio ‘species est que immediate ponitur sub genere’ est bona diffinitio. Q. 18, CONCL. 2 (17^{tb}) – diffinitio speciei specialissime debet sic suppleri: ‘species specialissima est que ponitur immediate sub genere et que de pluribus numero differentibus et non specie univoce predicitur in eo quod quid’. Q. 18, CONCL. 3 (17^{tb}) – probabiliter potest teneri predictam diffinitionem sine ista particula ‘que immediate ponitur sub genere’ esse bonam. Q. 18, CONCL. 4 (17^{va}).

Divisio: quedam est divisio realis et quedam logicalis. – *Divisio realis*: Realis divisio vocatur ista qua partes essentiales vel integrales aliquius rei ab invicem separantur. – *Divisio logicalis*: Divisio vero logicalis vocatur ista qua aliquod signum commune contrahitur pro aliquibus significatis per aliquam differentiam vel per aliquam suam speciem, sicud hoc signum commune ‘animal’, quando additur sibi hec differentia ‘irrationale’, contrahitur ad standum pro aliis suis significatis. Et ista divisio subdividitur, quia quedam est essentialis et quedam accidentalis.

talis. – *Divisio logicalis essentialis*: Essentialis dicitur ista qua aliquod commune dividitur vel per suas differentias specificas sive essentiales, vel per sua inferiora per se. Prima divisio(ne) potest *genus* dividi in suas species per suas differentias specificas. Secunda divisione, scilicet, per sua per se inferiora, potest species specialissima de se dividi per sua supposita, sed non per differentiam specificam, quia species specialissima non habet divisiones specificas divisivas, sed tantummodo constitutivas. Exemplum primi, ut ‘animalium aliud rationale, aliud irrationale’; exemplum secundi, ut ‘hominum alias Sortes, alias Plato’. – *Divisio logicalis accidentalis*: Divisio vera accidentalis est ista qua aliquis terminus substantialis sive accidentalis dividitur per aliquos terminos accidentales, ut ‘hominum alias longus, alias brevis’, ‘alborum aliud dulce, aliud amarum’. Et ex isto infertur unum correlarium, videlicet quod divisione accidentali minus commune dividitur per communiora, quia clarum est quod quilibet istorum terminorum ‘breve’ et ‘longum’ communior est quam iste terminus ‘homo’. Q. 2, DIST. UN. (2^{ra}).

– duplex est divisio: quedam est realis et quedam logicalis. – *Divisio realis*: Realis dicitur ista, qua partes alicuius essentiales, vel integrales (...). – *Divisio logicalis*: Divisio vero logicalis est multiplex: nam quedam est que fit per negationem, et quedam que fit *(per) contradictionem disiunctivam*, et quedam que fit per utrumque, et quedam per alietatis negationem. – *Divisio logicalis que fit per negationem*: Per negationem, sicut in propositione negativa

predicatum dividitur a subiecto, id est: negatur a subiecto. – *Divisio logicalis que fit per contradictionem disiunctivam*: Per disiunctivam contradictionem, sicut quando aliquid alicui attribuitur disiunctive vel disiunctim, ut ‘Sortes tacet vel loquitur’, ‘uterque istorum est Sortes vel Plato’ determinatis Sorte et Platone. – *Divisio logicalis que fit per negationem et contradictionem disiunctivam*: Per utrumque, ut ‘Sortes est asinus, vel Sortes non est asinus’. Et hoc semper fit quando una pars divisionis disiunctive est negativa vel de negato extremo. – *Divisio logicalis que fit per alietatis negationem*: Per alietatis negationem, sicut quando dividitur in sua contenta. Et hoc dicitur scilicet per accidens vel per se. – *Divisio logicalis que fit per alietatis negationem per accidens*: Per accidens, ut animalium aliud album, aliud nigrum. – *Divisio logicalis que fit per alietatis negationem per se*: Per se adhuc dividitur, quia vel primo modo dividitur per se, vel secundo modo. – *Divisio logicalis que fit per alietatis negationem per se primo modo*: Primo modo sicut quando aliquid dividitur in sua contenta per se per aliquid quod eis competit. Primo modo dividitur per se utpote per differentiam specificam, ut animalium in *(aliud rationale, aliud non rationale)*. – *Divisio logicalis que fit per alietatis negationem per se secundo modo*: Secundo modo sicut quando aliquid dividitur in sua per se contenta per proprietates contentorum sive per aliqua propria, ut animalium aliud risibile, aliud hinnibile. Q. 37, DIST. UN. (36^{ra}).

ad nullam divisionem realem faciendam est necesse scire quid sit genus. Q. 2, CONCL. 1 (2^{ra}) –

ad nullam divisionem logicalem faciendam est necesse scire quid sit genus. Q. 2, CONCL. 2 (2^{ra}) – necesse est scire quid sit genus (necessitate) conditionata ad faciendam aliquam divisionem qua scit (talem) esse generis in suas species vel speciei in sua per se inferiora. Q. 2, CONCL. 3 (2^{rb}).

Ens: ens predicatur univoce de subiecto et accidente. Q. 21, OPINIO 1 (19^{vb}) – unus est conceptus entis distinctus a conceptu substantie et conceptu accidentis. Q. 21, OPINIO 2 (20^{ra}) – ens non est universale Q. 21, CONCL. 1 (20^{rb}) – ‘ens’ est pars alicuius predicati quod predicatur in quid, quia istius predicati ‘ens per se subsistens’. Q. 21, CONCL. 3 (20^{rb}) – ens est pars generis, quia pars istius predicati quod est ‘ens per se subsistens’. Q. 21, c.43 (20^{rb}) – omne ens differt a non ente. Q. 28, CONCL. 5 (28^{va}).

Equivocum: iste terminus ‘equivocum’ accipitur multipliciter. Uno modo pro equivoco a casu, alio modo pro equivoco a consilio. Et uterque istorum modorum accipitur dupliciter, scilicet, uno modo pro equivoco equivocante, et alio modo pro (equivoco) equivocato (...). – **Equivocum equivocans:** equivocum equivocans, idest, terminus equivoce significans, accipitur multipliciter: **(i)** uno modo strictissime prout distinguitur contra univocum strictissime acceptum. (...) **(ii)** Secundo modo accipitur ‘equivocum’ pro illo quod predicatur de pluribus in quid diffinitive, quamvis non predicitur de eisdem pluribus unica impositione, (et) non unico conceptu. **(iii)** Tertio modo accipitur ‘equivocum’ pro aliquo quod

predicatur de pluribus mediantibus diversis conceptibus specificis. Q. 5, d.2 (5^{ra}).

– (Equivocorum) quoddam est complexum et quoddam incomplexum. (...) Complexum sicud hoc disiunctum: ‘Sortes vel Plato’, incomplexum sicud iste terminus ‘Sortes’ diversa significans proprie et non appellative. Q. 12, DIST. 2 (10^{vb}).

Esse: ‘esse’ accipitur multipliciter: uno modo *pro ipsa re existente*, secundo modo *pro forma rei*; et istis duobus modis est nomen prime intentionis. Tertio modo accipitur *pro diffinitione sive descriptione*; et sic est nomen secunde intentionis. Q. 40, DIST. 2 (38^{ra}).

Extrinsicum: aliiquid dicitur ‘extrinsicum’ dupliciter: – **Extrinsicum stricte acceptum:** uno modo quia non est ipsummet, nec aliqua eius pars essentialis vel integralis, sed visus nec est albedo nec aliqua pars albedinis. Et ideo ista diffinitio ‘albedo est color disaggregatus visus’ datur per extrinsicum. – **Extrinsicum largius acceptum:** Alio modo accipitur ‘extrinsicum’ largius pro illo B quod nec est ipsamet res cui dicitur extrinsicum, nec est aliqua pars istius rei, nec principalis actus vel operatio talis rei. Et isto modo actus intelligendi sive ratiocinandi non est aliquod extrinsicum homini, quamvis secundum communem opinionem sit accidens superadditum, nec etiam actus sentiendi est extrinsicus animali, vel actus vegetandi ipsi plante. Q. 38, DIST. 2 (36^{vb}–37^{ra}).

Fallacia: fallacia compositionis et divisionis. Q. 1, AD 3. (1^{vb}). – fallacia equivocationis. Q. 28, AD 2. (28^{va}).

Fantasia: *fantasia indeterminata.*

Q. 14, AD ARG. CONTRA CONCL. 10 (14^{tb}).

Genus: iste terminus ‘genus’ multipliciter accipitur. Uno modo pro principio, alio modo pro predicamento. – *Genus pro principio acceptum:* Pro principio accipitur dupliciter: uno modo pro principio productivo sive generativo, alio modo pro principio contentivo. – *Genus pro principio productivo acceptum:* Pro principio productivo, sicud ‘Romulus fuit genus Romanorum’, ‘pater genus filiorum’, et sic de similibus. – *Genus pro principio contentivo acceptum:* Pro principio contentivo adhuc dicitur uno modo pro principio contentivo *circumscriptive*, alio modo pro principio contentivo *predicative* vel significative vel communicative, quod totum reducitur ad idem. Exemplum primi, sicud ‘locus in quo quis generatur vel producitur’ dicitur genus talis producti, quia est eius principium contentivum circumscriptive. Exemplum secundi sicut iste terminus ‘animal’ dicitur genus hominis quia est eius principium *predicative* vel significative, quia predicitur de homine in quid et de aliis ab homine differentibus, et significat quidquid ‘homo’ significat, et aliquid plus, et est communior quam iste terminus ‘homo’, et diffinitur proprie, et ideo dicitur eius principium diffinitivum contentivum *predicativum*. Q. 5, DIST. 1 (4^{vb}–5^{ra}). – genus accipitur *pro principio contentivo predicative* cui supponitur *(species)*. Q. 6, DIST. UN. (5^{vb}). – tota multitudo hominum est genus. Q. 5, CONCL. 1 (5^{ra}) – tota

multitudo entium non est genus. Q. 5, CONCL. 2 (5^{rb}) – omne principium productivum, vel contentivum circumscriptive, vel predicative sive significative, a quo vel ratione cuius aliquod principiatum habet denominationem distinctivam ab alio predicamento, est genus. Q. 5, CONCL. 3 (5^{rb}) – alius terminus est genus tamquam principium contentivum *predicative* sive *significative*. Q. 5, CONCL. 4 (5^{va}) – genus est equivocum, et hoc sive accipiatur materialiter, sive significative. Q. 5, CONCL. 5 (5^{va}) – non omne istud est genus cui supponitur species. Q. 6, CONCL. 1 (5^{vb}) – non est genus nisi habuerit sub se plures species actu. Q. 6, CONCL. 2 (5^{vb}) – quodlibet genus potest non esse genus, ipso existente in rerum natura. Q. 6, CONCL. 4 (5^{vb}) – iste terminus ‘genus’ de nullo predicatur per se. Q. 6, CONCL. 5 (5^{vb}) – omne illud est genus cui immediate supponitur sua species. Q. 6, CONCL. 6 (6^{ra}) – aliquid est per se superior ad aliud quod non est suum genus. Q. 6, CONCL. 7 (6^{ra}) – genus est principium contentivum suarum specierum *predicative*. Q. 7, CONCL. 1 (6^{rb}) – genus est principium compositivum suarum specierum. Q. 7, CONCL. 2 (6^{rb}) – genus predicitur de pluribus pro se vel pro suo simili vel equivalenti. Q. 8, CONCL. 1 (7^{ra}) – omne genus materialiter acceptum predicitur de pluribus stans significative in tali propositione. Q. 8, CONCL. 2 (7^{rb}) – omne genus predicitur de pluribus stans significantia in tali propositione. Q. 8, CONCL. 3 (7^{rb}) – nullum genus predicitur de pluribus pro se. Q. 8, CONCL. 4 (7^{rb}) – nullum genus predicitur de pluribus pro aliquo suo significato. Q. 8, CONCL. 5 (7^{rb}) – omne genus

predicatur de pluribus pro aliquo suo significato. Q. 8, CONCL. 6 (7^{rb}) – si naturalis potentia vel impotentia sit una species in predicamento qualitatis, tunc nullum genus predicatur de pluribus differentibus specie. Q. 8, CONCL. 7 (7^{rb}) – omne genus predicatur de pluribus specie differentibus. Q. 8, CONCL. 8 (7^{rb}) – omne genus predicatur in quid de aliquo. Q. 9, CONCL. 1 (7^{vb}) – aliquod genus predicatur in quale primo. Q. 9, CONCL. 2 (7^{vb}) – non omne genus predicatur in quid primo de quacumque sua specie predicatione dubii remotiva. Q. 9, CONCL. 3 (7^{vb}) – omne genus simplex substantie predicatur in quid de se ipso accipiendo ‘predicationem in quid’ pro predicatione absoluta. Q. 9, CONCL. 4 (7^{vb}) – nullum genus predicatur in quid de quocumque suo individuo predicatione dubii remotiva. Q. 9, CONCL. 5 (7^{vb}) – aliquod genus predicatur in quale de sua specie quamvis non primo. Q. 9, ALIE CONCL. (8^{ra}) – *{si}* aliquod genus predicatur in quid de sua specie, de eadem predicatur in quale. Q. 9, ALIE CONCL. (8^{ra}) – genus non differt ab individuo large accipiendo individuum. Q. 10, CONCL. 1 (8^{va}) – omne genus continetur ab aliqua specie tamquam significatum alicuius speciei, non tamen tamquam inferius ad illam speciem. Q. 10, CONCL. 2 (8^{va}) – non omne genus, accipiendo ‘genus’ materialiter, est alicuius speciei genus. Q. 16, CONCL. 1 (15^{vb}) – aliquod genus est species specialissima. Q. 16, CONCL. 2 (15^{vb}) – aliqua coordinatio generalissimi et specialissimi *{est}* sine speciebus subalternis mediis Q. 16, CONCL. 3 (15^{vb}) – omne genus est alicuius speciei genus,

si ly ‘genus’ supponat personaliter. Q. 16, CONCL. 5 (15^{vb}) – omne genus est principium contentivum. Q. 23, CONCL. 1 (22^{va}) – aliquod genus est pars integralis speciei specialissime. Q. 27, CONCL. 2 (26^{rb}) – nullum genus absolutum componitur, tamquam ex partibus integralibus, ex pluribus speciebus absolutis precipue eque communibus. Q. 27, CONCL. 3 (26^{rb}–27^{va}) – omne genus substantiale est accidentis. Q. 45, CONCL. 1 (43^{va}).

Videas Relativa – genus et species; Species.

Genus generalissimum: aliquod genus generalissimum est pars individui stricte accipiendo ‘individuum’. Q. 10, CONCL. 3 (8^{va}) – aliquod genus generalissimum est per se inferius ad aliud genus generalissimum. Q. 10, CONCL. 4 (8^{va}) – aliquod genus est superius per se ad aliquod genus generalissimum. Q. 22, CONCL. 3 (21^{rb}) – omne genus generalissimum est primum principium. Q. 23, CONCL. 2 (22^{va}) – genus generalissimum est primum principium compositivum. Q. 23, CONCL. 3 (22^{vb}) – genus generalissimum est aliquando principium effectivum. Q. 23, CONCL. 4 (23^{ra}) – genus generalissimum *{est}* primum principium initiativum sive terminativum. Q. 23, CONCL. 5 (23^{ra}).

Homo: ista propositio ‘plures homines sunt unus homo’ est vera in sensu proprio precipue tenendo quod partes nihil aliud sint quam suum totum. Q. 25, CONCL. 1 (25^{ra}) – plures homines totaliter distincti non sunt unus homo. Q. 25, CONCL. 2 (25^{ra}) – ista propositio ‘plures homines sunt unus homo’ est vera in sensu transsumptivo.

Q. 25, CONCL. 3 (25^{ra}) – uterque istorum – demonstrando Sortem et Platonem – est unus homo singularis, et per consequens est unus homo sensibilis, et unus homo non-universalis, et unus homo capiendus et sic de quibuscumque aliis conditionibus individuantibus. Q. 25, CONCL. 4 (25^{rb}) – si corpus celeste non componatur ex corpore et anima intellectiva, tunc diffinitio istius differentie ‘rationalis’ secundum quod est differentia specifica et diffinitio hominis, est una et eadem diffinitio saltem aliquando diffinitio hominis, utpote ista ‘aliquis habens animam intellectivam tamquam partem sui essentiale’, et potest dici diffinitio naturalis hominis. Q. 35, CONCL. 5 (35^{ra}) – hominem esse est homo. Q. 44, CONCL. 3 (42^{rb}) – hominem esse animal est aliquid, quia hominem esse animal est homo et animal, et identitas hominis et animalis, et totum est homo. Q. 44, CONCL. 4 (42^{rb}) – hominem esse asinum non est aliquid vel aliqua. Q. 44, CONCL. 5 (42^{rb}).

Idem: aliqua possunt dici ‘eadem’ vel ‘plura’ multipliciter, scilicet *numero* vel *specie* vel *genere*, vel *secundum equivalentiam*. Unde aliqua sunt eadem secundum equivalentiam que differunt genere, sicut signum vocale et signum scriptum. Q. 22, DIST. 2 (21^{rb}).

Individuum: iste terminus individuum potest accipi dupliciter, scilicet, large vel stricte. – *Individuum large acceptum:* Large secundum quod est nomen prime intentionis, significans re(m) materialiter existentem sive istud sit signum sive res que non est signum. – *Individuum*

stricto acceptum: Stricte secundum quod est nomen secunde intentionis, significans signum quod significative sumptum non predicatur de pluribus saltem univoce. Q. 10, DIST. UN. (8^{va}).

– quoddam dicitur individuum ut nunc, et quoddam simpliciter. – *Individuum ut nunc:* Individuum ut nunc potest istud dici quod pronunc non competit alicui nisi uni soli, ita quod non competit pluribus, quamvis sine nova impositione posset pluribus competere, et talia individua sunt omnes termini habentes tantum unum suppositum. Et ad istum intellectum loquitur Porfirius quando dicit quod filius Sophronisci sit individuum, idest, iste terminus ‘filius Sophronisci’, si solus sit ei Socrates filius. – *Individuum simpliciter:* Individuum vero simpliciter dicitur istud quod non potest univoce pluribus competere sine nova impositione, sicud ‘Socrates’ et ‘hoc album’ et ‘hoc veniens’, etcetera. Q. 13, DIST. UN. (12^{ra}).

– In ista questione presupponitur (...) quod ‘individuum’ semper accipit pro individuo individualitate *predicationis* et non *existentie*. Q. 20, DIST. 1 (18^{vb}).

– individuum non est individuum. Q. 11, CONCL. 2 (9^{va}) – nullum individuum est nomen appellativum. Q. 20, CONCL. 1 (18^{vb}) – nullum individuum correspondet conceptui appellativo absolute, primo et principaliter. Q. 20, CONCL. 2 (18^{vb}) – aliquid individuum quod est nomen proprium, correspondet conceptui appellativo connotative sive accidentaliter, secundario et ex consequenti. Q. 20, CONCL. 3 (19^{ra}) – aliquid individuum sive nomen proprium

convertitur cum termino appellativo Q. 20, CONCL. 6 (19^{rb}) – aliquod individuum alicuius speciei ab alio individuo eiusdem speciei differt per accidens. Q. 30, CONCL. 2 (29^{vb}) – quecumque duo individua alicuius speciei specie differunt, differunt qualitercumque accipit 'species'. Q. 31, CONCL. 1 (30^{vab}) – nulla duo individua alicuius speciei substancialis differunt specie substanciali. Q. 31, CONCL. 2 (30^{vb}) – omne individuum specie ab alio differt. Q. 31, CONCL. 3 (30^{vb}) – nullum individuum ab alio differt specie. Q. 31, CONCL. 4 (30^{vb}) – aliquod individuum ab alio individuo differt specie substanciali. Q. 31, CONCL. 5 (30^{vb}) – nullo termino existente nulla sunt eiusdem speciei accipiendo speciem pro termino. Q. 31, CONCL. 6 (31^{ra}) – accipiendo 'speciem' pro forma reali et non pro termino, aliqua sunt eiusdem speciei nullo termino existente. Q. 31, CONCL. 7 (31^{ra}) – accipiendo 'speciem' pro forma reali et non pro termino, nulla duo individua suppositionaliter discreta ita quod non sint partes alicuius alterius per se unius, sunt eiusdem specie. Q. 31, CONCL. 8 (31^{ra}) – aliqua individua suppositionaliter discreta sunt earundem specierum, idest: consimilium specierum ultimatarum, similitudine substanciali. aliqua duo individua que sunt eius(dem) speciei speciassime, sunt diversarum specierum. Q. 31, CONCL. 10 (31^{ra}) – Sortes et Plato et quecumque alia individua substancialia composita ex materia et forma sunt per se alterius speciei substancialis non tamen primo. Q. 31, CONCL. 11 (31^{ra}).

Individuum large acceptum:
'individuum' large acceptum est transcendens. Q. 11, CONCL. 3 (9^{va}) –

'individuum' large acceptum est superius ad genus generalissimum. Q. 11, CONCL. 4 (9^{va}).

Individuum stricte acceptum:
omne individuum predicatur univoce de pluribus. Q. 11, CONCL. 1 (9^{va}) – 'individuum' strictissime et propriissime acceptum predicatur de pluribus univoce personaliter sumptis. Q. 11, CONCL. 5 (9^{va}) – 'individuum' propriissime acceptum predicatur de pluribus univoce personaliter acceptis mediante conceptu composito. Q. 11, CONCL. 6 (10^{ra}) – 'individuum' proprie acceptum non predicatur de pluribus totaliter distinctis personaliter acceptis mediante unico conceptu simplici precise. Q. 11, CONCL. 7 (10^{ra}).

Infinitum: quod iste terminus 'infinitum' accipit duplamente.
Uno modo sincategoreticamente, alio modo categorietate. – *Infinitum sincategoreticamente acceptum:*
Sincategoreticamente accipit quando tenetur distributive sive divisive, et tunc reddit propositionem universalem, ut patet in talibus 'infinite dies precesserunt diem istam', 'infiniti homines fuerent ante istum hominem', 'in infinitum continuum est divisibile'. Et tunc debent tales propositiones sic exponi: 'plures homines precesserunt hunc hominem', vel 'plures dies precesserunt istum diem', et non tot quin plures; et tunc tales sunt singulares: 'isti duo homines precesserunt hunc hominem', et iste terminus 'et sic in infinitum' semper demonstrando homines in tali minori qui precesserunt hunc hominem. Cum hoc tamen stat quod omnis multitudine hominum

que precessit hunc hominem sic accepta, sit finita. Et consimiliter est de ista propositione cuius universales iste sunt singulares: ‘in istas duas partes continuum est divisibile’, et ‘in istas tres partes continuum est divisibile’, et sic in infinitum. Cum hoc tamen stat quod omnes partes in quas continuum est divisibile, sunt finite, quia due sunt finite et tres sunt finite et quattuor sunt finite, et sic in infinitum. Et ideo multi logici non negant istam ‘continuum est divisibile in infinitum’ ponendo ly ‘in infinitum’ a parte predicati. Et tunc, ut dicunt, stat categorematice sive collective, quod idem est. Et tunc ad veritatem talis requiritur quod continuum posset esse actu divisum in aliquam multitudinem infinitam discrete, quod Aristoteles, *(primo) Physicorum*, dicit esse impossibile, quamvis aliqui theologi hoc concedunt, quod non est presentis speculationis. – *Infinitum categorematice acceptum*: Infinitum vero categorematice acceptum accipitur multipliciter. *(1)* Uno modo privative tantum, et sic tantummodo significat privationem finis, et isto modo omne istud quod non habet finem vel terminum, est infinitum. Et sic omne indivisible est infinitum, quodcumque fuerit. *(2)* Alio modo accipitur non tantum privative, sed etiam includit affirmationem alicuius magnitudinis vel molis vel corporis vel virtutis. Et sic adhuc accipitur multipliciter secundum quod innuit Aristoteles, tertio *Physicorum*: *(2.1)* Quia quod est ‘infinitum intensive’ utpote virtualiter, sicut prima causa dicitur infinita in sua virtute et potentialitate, quia non est dare

(aliquid) quod non potest. (2.2) Alio modo dicitur aliquid ‘infinitum durative’, quia durabit et non erit finis sue durationis. *(2.3.)* Tertio modo dicitur aliquid ‘infinitum extensive’, si aliquod tale esset, scilicet quod extendetur et non habebit finem sue extentionis. Et istud adhuc subdividitur. *(2.3.1)* Quia aliquid potest dici ‘infinitum extensive’, quia extenditur et non habet finem extrinsecum sue extentionis, et isto modo longitudo gyrativa alicuius continui est infinita extensive. *(2.3.2)* Alio modo quod extenditur et non habet finem sue extentionis intrinsecum, et isto modo nihil est infinitum, nec potest esse, secundum aliquos. *(2.4)* Quarto modo adhuc capitur ‘infinitum successive’, quali infinitate tempus et motus celi dicuntur infiniti, de quibus est tractatum, sed ista ad presens hic ponuntur ne juvenes dampnum incurvant ignorantia terminorum. Q. 24, DIST. 1 (*23^{va}–24^{ra}*). – de quolibet infinito qualiter cumque accipitur et de qualibet parte infiniti est diffinitiva et notificativa scientia sive notitia et certissima. Q. 24, CONCL. 1 (*24^{ra}*) – de infinitis sive de infinito intensive est scientia humana. Q. 24, CONCL. 2 (*24^{ra}*) – de infinitis continuatione sive extensione est ars et scientia humana. Q. 24, CONCL. 3 (*24^{ra}*) – de infinitis duratione est ars et scientia humana. Q. 24, CONCL. 4 (*24^{ra}*) – de infinito non est ars et scientia humana, sic videlicet quod ipsum infinitum secundum se et secundum quamlibet sui proportionalitatem et secundum quamlibet sui partem distincte ab homine qui non est Deus, cognoscitur. Q. 24, CONCL. 5 (*24^{ra}*).

Inseparabile accidens: aliquod accidens quod est universale, dicitur inseparabile respectu alicuius subiecti determinati et non absolute. Q. 42, CONCL. 5 (40^{rb}).
Videas Differre.

Inseparabilitas: presupponitur distinctio de inseparabilitate logicali et reali – *Inseparabilitas logicalis:* logicalis est ista qua non potest verificari per aliquam negationem, sicut dicimus quod propria passio est inseparabilis a suo subiecto, hoc est, non potest vere negari a suo subiecto primo; – *Inseparabilitas realis:* realis est que fit realiter sine aliqua propositione, scilicet quando due res non possunt a se invicem dividii sive separari. Q. 30, DIST. 2 (29^{vb}).

Instinctus: *instinctus nature.* Q. 14, AD ARG. CONTRA CONCL. 10, III (14^{rb}).

Intelligere: istud quod non potest esse, non potest intelligi. Q. 44, CONCL. 1 (42^{rb}) – quod non est, non intelligitur. Q. 44, CONCL. 2 (42^{rb}) – Platonem esse non potest intelligi, posito quod Plato non sit nec poterit esse. Q. 44, CONCL. 6 (42^{va}) – supposito quod corvus albus non sit, tunc corvus albus non subintelligitur. Q. 44, CONCL. 10 (42^{va}).

Motus: iste terminus ‘motus’ non est per ⟨se⟩ superior ad actionem, sed e converse. Q. 22, CONCL. 5 (21^{va}) – omnis motus est passio, et per consequens motus non est per se superior ad passionem. Q. 22, CONCL. 6 (21^{va}).

Necessitas: necessitas est duplex, scilicet complexa et incompleta. –

Necessitas incompleta: Necessitas incompleta est res que non potest non esse. – *Necessitas complexa:* Complexa adhuc subdividitur, quia quedam est absoluta sive categorica, et quedam conditionata sive hypothetica. Q. 1, DIST. 2 (1^{rb}).

Notificatio: quedam est notificatio remissa et quedam perfecta et quedam perfectior et quedam perfectissima. – *Notificatio remissa:* Remissa vero generat aliqualem notificationem utrum quid significatur per terminum vel per notitiam confusam. Que quidem notificatio habet multos sensus. – *Notificatio perfecta:* Notificatio perfecta est illa qua scitur de aliqua re alias suas proprietates accidentales sibi inesse. – *Notificatio perfectior:* Notificatio perfectior est illa qua scitur proprietates propriissimas alii cuius rei secundum aliquid inesse. – *Notificatio perfectissima:* Notificatio perfectissima est illa qua scitur res diffinire propriissime et proprie et communiter, hoc est qua cognoscitur differentia specifica convertibilis rei inesse, et qua cognoscuntur proprietates rei inesse, et etiam qua cognoscitur accidens talis rei sibi inesse, et per consequens ista notitia est composita ex pluribus notitiis vel saltem est plures notitias supponens. Q. 17, DIST. 2 (16^{rb–va}).

Predicamentum: duplex est ‘predicamentum’: quoddam est predicamentum prime intentionis, et quoddam secunde intentionis. – *Predicamentum prime intentionis:* ‘⟨Predicamentum⟩ prime intentionis’ vocatur istud quod componitur ex coordinationibus primarum intentionum, cuiusmodi sunt ista decem de quibus pertractat Aristoteles in

Predicamentis. – Predicamentum secunde intentionis: ‘Predicamentum secunde intentionis’ vocatur coordinatio secundum sub et supra composita ex terminis secunde intentionis, cuiusmodi e(s)t talis coordinatio: ‘hoc genus’, ‘genus universale’, et sic de consimilibus coordinationibus. Q. 22, DIST. 1 (21^{rb}).

– ista exclusiva ‘tantum sunt decem predicamenta’ in omni suo sensu est falsa. Q. 22, CONCL. 1 (21^{rb}) – plura sunt predicamenta prime intentionis quam decem. Q. 22, CONCL. 2 (21^{rb}).

Predicare: ‘predicare’ accipitur dupliciter, scilicet large et stricte. – *Predicare large acceptum:* Large extendit se ad omnem predicationem, sive negativam, sive veram, sive falsam, sive universalem, sive particularem, sive indefinitam, sive singularem. – *Predicare stricte acceptum:* Stricte accipitur tantummodo pro predicatione affirmativa vera, ita quod convertitur cum isto termino ‘verificare de aliquo’. Q. 26, DIST. UN. (26^{ab}).

– *Aliquid predicari de pluribus:* ‘aliquid predicari de pluribus’ intelligitur dupliciter, scilicet secundum actualitatem vel secundum aptitudinem, idest, actualiter vel aptitudinaliter. Q. 8, DIST. UN. (7^{ra}).

– large accipiendo ‘predicari’ quilibet terminus de quolibet termino predicitur vel saltem est predicabilis. Q. 26, CONCL. 1 (26^{rb}) – inferius predicitur de suo superiori; quod quidem superius stat confuse et distributively. Q. 26, CONCL. 2 (26^{rb}) – accipiendo ‘predicari’ pro ‘affirmative de aliquo verificari’, sicut accipit communiter Porphyrius predicari, (inferius predicitur de

suo suoeriori). Q. 26, CONCL. 3 (26^{rb}) – nullum inferius predicitur de suo superiori universaliter, hoc est: nullum inferius predicitur de suo superiori stante confuse et distributive respectu talis inferioris. Q. 26, CONCL. 4 (26^{rb}).

Predicari in quid: ‘predicari in quid’ accipitur dupliciter: uno modo *pro predicatione absoluta*, alio modo *pro predicatione dubii remotiva* ad questionem factam per ‘quid?’. Q. 9, DIST. 1 (7^{vb}).

– *Predicari in quid; predicari in quale:* ‘predicari in quid’ vel ‘predicari in quale’ accipitur dupliciter: uno modo *primo*, idest, non ratione alicuius partis, alio modo *non primo*, quia ratione alicuius partis. Q. 9, DIST. 2 (7^{vb}).

– *Predicari in quid:* aliquid predicitur in quid dupliciter, scilicet *primo* et *non primo*. – *Predicari in quid primo:* Primo, quando aliquid predicitur in quid ratione sui ipsius, et non ratione alicuius sue partis. – *Predicari in quid non primo:* Non primo, quando aliquid predicitur in quid ratione alicuius sue partis, videlicet quia aliqua sua pars predicitur in quid. Q. 34, DIST. 2 (34^{rab}).

Principium: ‘principium’ accipitur multiplicitate, (...): uno modo accipitur *pro principio productivo*, (sicud) pro causa efficiente, universalis vel particulari; alio modo accipitur *pro principio compositivo* sicud pro materia vel forma, ex quibus equales res componuntur tamquam ex principiis; tertio modo accipitur *pro principio terminativo*, sicud pro causa formalis; quarto modo accipitur *pro principio contentivo*, et hoc dicitur uno modo

circumscriptive, sicut locus est principium vel patria (...); alio modo *predicative vel significative* sicut pro predicabili in quid de pluribus specie differentibus, quod quidem continet unam predicationem vel significationem *(sicud)* sua per se inferiora. Q. 7, DIST. UN. (6^{rb}).

– ‘principium’ accipitur multipli citer, scilicet pro principio contentivo, et principio effectivo, sive pro principio compositivo. – *Principium contentivum*: Principium contentivum vocatur principium logicale, quod propter suam communitatem tamquam superius continet sub se sua inferiora. Et de tali prioritate sive principalitate loquitur Aristoteles, quod tale principium dicitur principium in *Postpredicationis*, capitulo de prius, ubi dicitur quod ‘prius’ dicitur istud a quo non convertitur subsistendi consequentia. – *Principium compositivum*: Principium vero compositivum dicitur ex quo res componitur, quod quidem principium est pars rei et manet in rei, sicut vult Aristoteles, primo *Physicorum*, et tale est principium naturale intrinsecum, sicut materia et forma. – *Principium effectivum*: Principium vero effectivum dicitur causa efficiens, quod quidem dicitur principium extrinsecum, et est similiter principium naturale sive reale. Finis vero propinquus rei, quia coincidit cum forma, sicut vult Aristoteles, secundo *Physicorum*, ideo est principium intrinsecum, sicud forma. Q. 23, DIST. 1 (22^{rb-va}).

– *Principium terminativum*: Verumtamen potest addi quartum membrum divisionis, scilicet principium terminativum, et istud subdividitur in principium terminativum intrin-

secum et extrinsecum. – *Principium terminativum intrinsecum*: ‘Intrinsicum’ dicitur pars rei vel essentialis, ut forma, que est pars generatio- nis, vel pars quantitativa, que est pars magnitudinis vel terminans magnitudinem, sive initians continuationem et successionem, quod dico pro principio initiativo vel successivo, de quo alibi diffusius patet, utpote in *Questione de tempore sive quarto Physicorum*. – *Principium terminativum extrinsecum*: Principium vero terminativum sive initiativum ‘extrinsecum’ est causa efficiens, vel finis remotus rei et hoc *essentialiter loquendo*; sed *quantitative loquendo*, tunc istud a quo res incipit exclusive vel ad quod terminatur, dicitur principium vel terminus, sicut si aliquod longum extendatur ab isto pariete ad ostium, tunc iste paries est principium extrinsecum illius extensionis, et ostium est terminus extrinsecus, vel e converso, secundum diversam considerationem diversorum. Q. 23, DIST. 2 (22^{va}).

Propositio: *(Boecius)* vult quod omnis propositio sit vocalis, mentalis vel scripta Q. 14, AD. OPP. (12^{rb}). – sicut tota propositio vocalis correspondet toti mentali, sic pars principalis parti principali, utpote subiectum subiecto, et predicatum predicato. Q. 20, CONCL. 3 (19^{ra}) – non semper eodem modo partes vel equivalentes constituunt propositionem equivalentem Q. 4, AD 4., AD PROB. 2. PROP. (4^{va}) – quandocumque aliique tres propositiones sic se habent quod in dubio sunt due, et tertia certa sive *(s)cita*, et quod habent idem subiectum, tunc aliud est predicatum propositionis scite a predicato propositionis dubie

Q. 21, OPINIO 2 (19^{vb}) – aliisque due propositiones possunt sic se habere quod subiecta earum precise supponunt pro eisdem, et predicata similiter, quarum tamen una esset vera et reliqua esset falsa. Q. 26, CONCL. 5 (26^{va}).

Propositio mentalis: nulla propositio mentalis eque simplex correspondet convertibiliter isti vocali ‘Sortes est homo’. Q. 12, CONCL. 7 (11^{va}) – aliqua mentalis sibi correspondet convertibiliter, quamvis non sit eque simplex, sicut ista res que vocatur Sortes. Q. 12, CONCL. 8 (11^{va}).

Propositio singularis: aliqua propositio est singularis in qua subicitur terminus communis sine signo. Q. 12, CONCL. 5 (11^{rb}) – nulla propositio est singularis cuius subiectum est terminus communis univocus primo sine signo et sine pronomine demonstrative. Q. 12, CONCL. 6 (11^{tb}) – aliqua est propositio singularis cui nulla mentalis eque simplex correspondet convertibiliter. Q. 12, CONCL. 7 (11^{rb}).

Proprium: ‘proprium’ nihil aliud est quam terminus competens alicui per se secundo modo, et hoc precipue ‘propre proprium’. Primo, quia nihil predicitur de subiecto nisi terminus; omne proprium predicitur de suo subiecto. Secundo, quia nihil convertitur cum suo subiecto nisi terminus; convertibilitas est proprietas terminorum sive propositionum; sed proprium convertitur cum suo subiecto. Tertio, quia omne demonstrabile de suo subiecto est terminus, quia omne tale est predicable; sed proprium

est demonstrabile de suo subiecto; igitur etcetera. Q. 41, CONTRA OP. COMM. (39 ra).

– proprietas individualis, accipiendo ‘proprietatem’ sive ‘proprium’ primo vel secundo vel tertio modo quo accipit Porphyrius ‘proprium’, potest competere pluribus individuis. Q. 13, CONCL. 1 (12^{ra}). – proprietas individualis accipiendo quarto modo ‘proprium’, scilicet, secundum quod convertitur cum isto cum quo est proprietas unius individui, numquam potest univoce alteri individuo competere. Q. 13, CONCL. 2 (12^{rb}) – ‘proprium’ dicitur quadrupliciter, quia iste terminus ‘proprium’ accipitur quadrupliciter. Q. 41, CONCL. 1 (39^{rb}) – hec propositio est impossibilis: ‘proprium competit soli speciei’. Q. 41, CONCL. 2 (39^{rb}) – ista propositio: ‘aliquid est proprium quod (competit) omni et non soli’ ad intellectum auctoris est vera, quia stat loco istius ‘aliquid est proprium quod competit omni homini vel omni individuo istius speciei homo’, et non verificatur de ista specie sumpta cum dictione exclusive. Q. 41, CONCL. 3 (39^{rb}) – hec propositio est falsa: ‘aliquid proprium alicuius speciei competit omni individuo alicuius speciei’. Q. 41, CONCL. 4 (39^{rb}) – ad intellectum auctoris hec est vera: ‘aliquid est proprium quod competit soli sed non omni’, quia stat loco istius ‘aliquid est proprium quod verificatur (de individuo istius solius speciei, et non) de omni individuo istius speciei’. Q. 41, CONCL. 5 (39^{rb}) – istud proprium canescere in senectute non est tale proprium quod competit (omni) et soli sed non semper. Q. 41, CONCL. 6 (39^{rb}) – aliquid est proprium quod competit omni et soli sed non semper, ad intentionem

auctoris, quia stat loco istius ‘aliquid est proprium quod verificatur de aliqua specie’ sumpta cum isto ‘solus’ sive dictione exclusiva. Q. 41, CONCL. 7 (39^{rb}) – aliquod est proprium quod competit omni et soli et semper, ad istum intellectum quod aliquod proprium verificatur de aliquo specie sumpta cum dictione exclusiva, et verificatur de ista specie universaliter et numquam vere negatur ab ista specie, et hoc utrisque, scilicet tam specie quam proprio, sumptis personaliter. Q. 41, CONCL. 8 (39^{va}) – proprium ‘risibile’ competit alicui tamquam proprie proprium quod impossibile est ridere. Q. 41, CONCL. 8 (39^{va}) – hoc proprium ‘risibile’ competit alicui tamquam proprie proprium quod impossibile est esse risibile. Q. 41, CONCL. 8 (39^{va}) – hoc proprium ‘risibile’ non est proprium alicuius quod potest ridere. Q. 41, CONCL. 8 (39^{va}) – istud proprium quod competit omni et soli et semper est unum universale de quo principaliter intendit Porphyrius, quia alia sunt accidentia. Q. 41, CONCL. 9 (39^{va}) – omne proprium est accidentis. Q. 45, CONCL. 1 (43^{va}).

Quale: duplex est ‘quale’, scilicet substantiale et accidentale. – **Quale substantiale:** Quale substantiale querit de forma substantiali; – **Quale accidentale:** quale vero accidentale querit de forma accidentalis sive de alia proprietate accidentalis. Q. 40, DIST. 1 (38^{ra}).

Relatio: *Suppositio prima:* Prima igitur suppositio est ista *quod omnes tales dictiones ‘intellectio’, ‘desideratio’, ‘credulitas’ sive ‘creditio’, ‘conceptus’ sive ‘conceptio’, ‘voluntas’ sive ‘volitio’ sint relativa.* Et capit ista

suppositio evidentiam ab Aristotele, capitulo de *relatione*, ubi vult quod scientia et sensatio sunt relativa, quia pari ratione qua scientia est alicuius scibilis, et alicuius sciti, et sensatio alicuius sensibilis et sensati. Intellectio est alicuius intelligibilis et intellecti, et desideratio alicuius desiderabilis et desiderati, et creditio alicuius creditibilis et crediti, et volitio alicuius volibilis et voliti, et sic de consimilibus. *Suppositio secunda:* Secunda suppositio est ista que similiter ibidem ab Aristotele elici potest, *quod relativa sibi invicem non includentia ampliationem – utpote aliquod verbum possibilis vel de preterito vel de futuro – sint simul natura, ita quod consequentia existendi ab uno ad reliquum et e converso, utrisque acceptis personaliter, est bona, sicud ista consequentia est bona: ‘scientia, igitur scitum est, et e converso’, ‘sensatio est, ergo sensatum est, et e converso’, et simili ratione sequitur ‘intellectio est, ergo intellectum est, et e converso’, ‘creditio est, ergo creditum est, et e converso’, ‘volitio est, ergo volutum est, et e converso’.* Videtur satis evidens quod ista fuerat intentio Aristotelis, sicud legenti capitulum de *relatione* satis patet. Q. 44, SUPPOSITIONES (42^{rab}).

Relativa – genus et species: nulla species que est homo, nec aliquod genus quod est animal dicuntur relative ad invicem. Q. 15, CONCL. 4 (15^{ra}) – species et genus que verificantur de homine et animali, dicuntur relativa ad invicem, quia isti duo termini ‘species’ et ‘genus’. Q. 15, CONCL. 5 (15^{ra}) – non omne genus et species sunt sibi invicem relativa. Q. 16, CONCL. 4 (15^{vb}).

'Res que vocatur Sortes': iste terminus 'res que vocatur Sortes' est terminus accidentalis, non substantialis. Q. 20, c.4 (19^{ra}) – iste terminus 'res que vocatur Sortes' est in predicamento qualitatis. Q. 20, c.5 (19^{rb}).

Scientia: 'scientia' accipitur tripliciter: uno modo *propriissime*, scilicet pro notitia causata demonstratione; alio modo accipitur *largius*, scilicet pro notitia evidenti veri necessarii; tertio modo accipitur *largissime*, scilicet pro notitia evidenti et probabili alicuius veri. Q. 1, DIST. 1 (1^{ra}). – aliqua scientia est necessaria ad cognitionem predicatorum habendam Q. 1, CONCL. 1 (1^{ra}) – nulla scientia que (non) est prima causa, est necessaria aliqua necessitate ad cognitionem predicatorum habendam Q. 1, CONCL. 2 (1^{rb}) – possibile est aliquem habere scientiam predicatorum sine scientia generis. Q. 1, CONCL. 4 (1^{rb}) – scientia universalium presupponit scientiam singulorum. Q. 24, AD 6. (24^{va}).

Videas Cognitio.

Sensus transsumptivus: Q. 13, AD 3. (12^{rb}); Q. 14, CONCL. 10 (13^{rb}), AD 3. (14^{va}); Q. 25, DIST. 2, CONCL. 3 (25^{ra}); Q. 29, DIST. 1 (29^{ra}), CONCL. 2 (29^{rb}), AD 1., AD 3. (29^{rb}), AD OPP. (29^{va}); Q. 30, DIST. 3, (29^{vb}), CONCL. 3 (29^{vb}–30^{ra}), AD 1. (30^{ra}); Q. 31, CONCL. 9, CONCL. 10, CONCL. 11 (31^{ra}), CONCL. 12, AD 2. (31^{rb}); Q. 32, 2. (31^{va}), CONCL. 2 (32^{rb}); Q. 35, AD 1. (35^{ra}), AD OPP. (35^{ra}); Q. 40, CONCL. 6, AD 4. (38^{va}); Q. 41, AD 4. (39^{va}).

Separabile: duplex est 'separabile', (...) scilicet reale et logicale. –

Separabile reale: Reale, quod realiter inheret alicui subiecto et potest non inherere manente subiecto. – **Separabile logicae:** Reale Logicale, quod affirmatur de aliquo subiecto et potest negari ab eodem subiecto significative sumpto. Q. 29, DIST. 2 (29^{rb}).

Separabile accidentis: duplex est 'separabile accidentis', scilicet realis et logicalis. – **Separabile accidentis realis:** Realis est que fit ex parte rei alicuius accidentis in subiecto cui realiter inheret, sicud quando caliditas separatur a ligno, vel ab aliquo. – **Separabile accidentis logicalis:** Logicalis est ista quando aliquis terminus accidentalis vere negatur a subiecto, sicut patet in ista propositione: 'Sortes non est sedens', posito quod Sortes prius fuit sedens et nunc non sit sedens. Q. 29, DIST. 2 (29^{rb}).

Species: 'species' accipitur multipli- citer: uno modo *pro pulchritudine*; secundo modo *pro forma*; ter- tio modo *pro diffinitione*; quarto modo *pro similitudine representativa*; quinto modo *pro quoddam univer- sali*. Q. 14, DIST. UN. (12^{vb}).

– 'species' accipitur duplíciter quantum est ad presens: uno modo *pro forma reali substantiali vel accidentalí*, alio modo *pro termino mentali, vocali vel scripto*, qui quidem terminus est de pluribus predicabilis numero differentibus in eo quod quid. Q. 31, DIST. 2 (30^{va}). – sive species accipiatur pro re que non est signum, sive pro signo, Sortes et Plato sunt eiusdem speciei. Q. 14, CONCL. 11 (14^{rb}) – homo est species animalis. Q. 15, CONCL. 1 (14^{vb}) – homo est species 'animal'. Q. 15, CONCL. 2

(15^{ra}) – hec est concedenda: ‘omne “homo” est species animalis.’ Q. 15, CONCL. 3 (15^{ra}) – omnis species est alicuius generis species, si ly ‘species’ supponat personaliter. Q. 16, CONCL. 5 (15^{vb}) – aliqua species est pars integralis generis. Q. 27, CONCL. 1 (27^{rb}) – species est pars subiectiva generis et individuum speciei, quia sunt per se inferiora ad genus et ad speciem. Q. 27, CONCL. 6 (27^{va}) – aliqua species est pars essentialis generis. Q. 27, CONCL. 7 (27^{va}) – omnis species substantialis est accidentis. Q. 45, CONCL. 1 (43^{va}). *Videas Genus: Relativa – genus et species.*

Species pro pulchritudine accepta: aliquod signum est species primo modo accepta. Q. 14, CONCL. 1 (12^{vb}) – non omnis species isto modo accipiendo ‘speciem’ est signum vel terminus. Q. 14, CONCL. 2 (13^{ra}).

Species pro forma accepta: aliqua ‘species’ secundo modo accepta est terminus vel signum. Q. 14, CONCL. 3 (13^{ra}) – non omnis ‘species’ taliter accepta est signum. Q. 14, CONCL. 4 (13^{ra}) – proprie loquendo nullo signo existente aliqua sunt eiusdem speciei accipiendo ‘speciem’ pro forma. Q. 14, CONCL. 8 (13^{ra}) – nullo signo existente Sortes et Plato proprie loquendo secundum communem opinionem non sunt eiusdem speciei, quamvis forte secundum opinionem Commentatoris qui posuit unum intellectum esse in omnibus, possent dici in aliquo sensu ‘eiusdem speciei’, quia eiusdem intellectus. Q. 14, CONCL. 9 (13^{rb}) – transsumptive loquendo nullo signo existente Sortes et

Plato sunt eiusdem speciei, idest: Sortes et Plato habent consimiles formas ultimatas. Q. 14, CONCL. 10 (13^{rb}).

Species pro diffinitione accepta: omnis ‘species’ tertio modo accepta est signum vel signa. Q. 14, CONCL. 5 (13^{ra}).

Species pro similitudine representativa accepta: aliqua ‘species’ quarto modo accepta est signum vel terminus. Q. 14, CONCL. 6 (13^{ra}).

Species pro quoddam universalis accepta: omnis ‘species’ quinto modo accepta est signum simplex vel compositum. Q. 14, CONCL. 7 (13^{ra}).

Species specialissima: omne quod est proxime et univoce ante individua, est *(species) specialissima*, si illud immediaet et per se supponitur generi. Q. 19, CONCL. 1 (17^{vb}) – sub specie specialissima nihil continetur nisi individuum. Q. 19, CONCL. 2 (17^{vb}) – aliquid est per se ante individua proxime quod non est species specialissima, nec genus, sed individuum. Q. 19, CONCL. 3 (18^{ra}) – nulla species specialissima componitur, tamquam ex partibus integralibus, ex pluribus speciebus specialissimis absolutis. Q. 27, CONCL. 4 (27^{va}) – aliquod species specialissima componitur, tamquam ex partibus integralibus, ex pluribus speciebus *(specialissimis)* non-absolutis. Q. 27, CONCL. 5 (27^{va}).

Subiectum accidentis: ‘subiectum accidentis’ accipitur duplciiter: uno modo *pro isto de quo accidens*

accidentaliter predicatur; alio modo pro isto cui accidens realiter inheret. Q. 42, DIST. 3 (40^{ra}).

Substantia: iste terminus ‘substantia’ accipitur multipliciter: uno modo *pro termino absolute significante substantiam*, sicut accipit Aristoteles in *Predicamentis*, quando loquitur de substantia prima et secunda, et sic est nomen secunde intentionis. Alio modo accipitur ‘substantia’ *pro essentia alicuius rei*, sive ista res sit per se subsistens, sive alteri inherens. Et sic accipit Aristoteles in principio *Predicamentorum*, quando dicit: ‘equivoca sunt, quorum nomen est communis et ratio substantie secundum istud nomen est diversa,’ idest: essentie, quia non tantum loquitur Aristoteles de equivocatione que fit in terminis substantialibus, sed etiam de ista que fit in terminis accidentalibus, quia diffinit equivoca quecumque sint ista sive substantialia sive accidentalia. Et isto modo substantia est nomen prime intentionis. Tertio modo accipitur ‘substantia’ *pro diffinitione*. Et isto modo accipitur a Porfirio, quando dicit quod differentia est constitutiva substantie animalis vel hominis. Et isto modo adhuc substantia est nomen secunde intentionis. Q. 34, DIST. 1 (34^{ra}).

Superpositio, suppositio: ‘superpositio’ et ‘suppositio’ (...) accipi(un) tur dupliciter: uno modo logicaliter, alio modo localiter. *Localiter* sicud paries superponitur fundamento et fundamentum supponitur parieti. *Logicaliter*, sicud magis commune superponitur minus communi et (minus) commune supponitur magis communi. Q. 6, DIST. UN. (5^{vb}).

Supponere: supponere *naturaliter* Q. 26, AD 2. (26^{va}) – supponere *materialiter* Q. 15, AD 1. (15^{rb}); Q. 41, AD 1. (39^{va}); Q. 41, AD 4. (39^{va}); Q. 44, CONCL. 8, CONCL. 9 (42^{va}) – supponere *simpliciter* Q. 44, CONCL. 8, CONCL. 9 (42^{va}) – supponere *personaliter*. Q. 1, AD 1. (1^{va}), Q. 6, CONCL. 5 (10^{ra}); Q. 41, AD 1. (39^{va}) – supponere *confuse et distributive* Q. 4, 1. AD 1. PROP. (3^{va}), Q. 4, AD PROB. 2. PROP. (4^{va}); Q. 26, CONCL. 2 (26^{rb}); Q. 26, CONCL. 4 (26^{rb-va}) – supponere *confuse tantum* Q. 4, 1. AD 1. PROP. (3^{va}), Q. 4, AD PROB. 2. PROP. (4^{va}); Q. 25, CONCL. 4, ad 1 (25^{rb}); Q. 25, AD 3. (25^{va}).

Suppositio: presupponitur *distinctio de suppositione materiali et personali et simplici*. Q. 15, DIST. UN. (14^{vb}); *distinctio inter suppositionem significativam et personalem tamquam superius et inferius* Q. 11, AD 2. (10^{ab}).

Species pro universalis accepta: ista consequentia est bona: ‘una species est, igitur alia species est.’ Q. 6, CONCL. 3 (5^{vb}).

Suscipere magis et minus: ‘suscipere magis et minus’ potest accipi dupliciter, scilicet realiter et logicaliter. – *Suscipere magis et minus realiter:* Realiter quando aliquid in essentia sua intenditur vel remittitur per aliquid simile sibi adveniens, vel ab eo recedens, sicut dicimus calorem intendi per appositionem caloris, et lumen per appositionem luminis. – *Suscipere magis et minus logicaliter:* Logicaliter sive predicative, quando aliquis terminus de aliquo verificatur

aliquando cum hoc adverbio ‘magis’, et aliquando cum hoc adverbio ‘minus’, sicut dicimus album intendi vel suscipere magis et minus, quia aliquando album verificatur de suo subiecto cum adverbio ‘magis’, et aliquando cum hoc adverbio ‘minus’. Q. 33, DIST. UN. (33^{rb}).

– omnis differentia sive per se sive per accidens mentalis potest intendi vel potest remitti realiter Q. 33, CONCL. 1 (33^{rb}) – nihil suscipit magis et minus secundum idem realiter. Q. 33, CONCL. 2 (33^{rb}) – nihil suscipit magis et minus logicaliter secundum idem, respectu eiusdem. Q. 33, CONCL. 3 (33^{rb}) – aliquid suscipit magis et minus secundum idem respectu diversorum, Q. 33, CONCL. 4 (33^{rb}) – probabiliter potest teneri quod aliqua differentia per se potest suscipere magis et minus tam logicaliter quam realiter. Q. 33, CONCL. 5 (33^{va}) – nulla differentia per se primo modo potest suscipere magis et potest suscipere minus logicaliter secundum communem opinionem. Q. 33, CONCL. 6 (33^{va}).

Terminus: omnis terminus cum alio termino a quo vere negatur, vere predicatur de seipso mediante hoc verbo ‘differt’. Q. 28, CONCL. 5 (28^{va}) – omnis terminus, sive substantialis, sive accidentalis primo modo, est accidens. Q. 45, CONCL. 1 (43^{va}).

Terminus appellativus: presuppono quod omnis terminus appellativus sit universale. Q. 20, DIST. 2 (18^{vb}).

Terminus communis: *Videas* Propositio singularis; Terminus proprius.

Terminus equivocus: *Videas* Terminus proprius; Terminus univocus.

Terminus mentalis: est conceptus simplex vel composites Q. 4, CONCL. 1 (3^{vb}) – est in intellectu subiective Q. 4, CONCL. 1 (3^{vb}) – aliqua mentalis sibi correspondet convertibiliter, quamvis non sit eque simplex Q. 12, CONCL. 8 (11^{va}).

Terminus proprius: aliquis terminus proprius convertitur cum aliquo termino communi. Q. 12, CONCL. 2 (11^{ra}) – aliquis terminus proprius est commune equivocum. Q. 12, CONCL. 3 (11^{rb}) – aliquis terminus proprius habet inferius. Q. 12, CONCL. 4 (11^{rb}).

Terminus scriptus: *Vide Universale.*

Terminus univocus: duo termini absolute convertuntur, quorum unus est univocus et alius equivocus. Q. 12, CONCL. 1 (11^{ra}).

Terminus vocalis/prolatus: *Vide Universale.*

Totum, pars: ‘totum’ et ‘pars’ dicuntur multipliciter, nam quoddam est *(totum) integrale*, et *(quoddam) est totum universale (vel subiectivum, et quoddam est totum essentiale)*, et similiter quedam est pars integralis, et quedam pars universalis vel subiectiva, et quedam est pars essentialis. – *Pars essentialis:* ‘Pars vero essentialis’ dicitur ista, que cum aliquo componit aliquod totum essentiale, quod non excedit in quantitate talem partem essentialem. Unde pars essentialis addita parti essentiali non facit totum maius quantitative, vel remota

non facit totum minus, sicut patet de forma niville, que separata ab nivilla non diminuit quantitatem niville. Consimiliter forma adveniens materie non facit totam magis extensem quam sit ipsa materia vel ipsa forma. – *Pars integralis*: ‘Pars vero integralis’ vocatur ista ex qua cum aliis partibus integralibus integratur totum componentes. Que quidem pars addita parti facit unum totum integrale maius quantitative aliqua sua parte, sicut pes vel manus facit ipsum totum cui additur maius quantitate. Et talis pars integralis adhuc subdividitur, quia: quedam est pars continuativa, et quedam aggregativa, et quedam multiplicativa, et quedam ordinativa, et sic de aliis. – *Pars subiectiva*: ‘Pars vero subiectiva’ accipitur potius in logica, et dicitur semper ‘inferius respectu sui superioris’, quia subicitur in propositione in qua fit predicatione directa, et quia significat partem sui totius significati per suum superius, sicut ‘homo’ significat aliquid quod animal significat, et non significat istud quod animal significat, et ideo dicitur ‘pars subiectiva’ respectu animalis et ‘totum universale’ respectu Sortis et Platonis et de aliis individuis. Q. 27, DIST. UN. (27^{rab}).

Universale: duplex est universale, quod quoddam est universale naturale sive per se, et quoddam est universale ad placitum sive per accidens. Et quodlibet istorum membrorum subdividitur. – *Universale naturale*: universale naturale est duplex quia: quoddam est universale naturale predicatione, quoddam reale; primo modo predicatum vocatur universale logicale; secundo modo vocatur

universale physecum. – *Universale naturale predicatione sive logicale*: conceptus predicable de pluribus si plura habeat supposita vel posset habere plura supposita. Quod dico propter conceptum mundi et solis et lune et sic de consimilibus. Unde universaliter: omnis conceptus appellativus posset dici isto modo universale, quia omne tale universale est quoddam signum simplex vel compositum. – *Universale naturale reale sive physicum*: res sine qua pauci vel nulli effectus naturales in spera activorum et passivorum possunt effici, et talia universalia sunt Deus et omnis corpora supercelestia. – *Universale ad placitum*: Universale ad placitum sive per accidens est duplex: quoddam est ex communi usu, scilicet, vocale et scriptum. *Vocale* est terminus appellativus vocalis simplex vel compositus; *scriptum* est terminus scriptus appellativus simplex vel compositus. Q. 4, DIST. UN. (3^{vab}).

– aliquid predicatur de pluribus univoce quod non est universale. Q. 21, CONCL. 2 (20^{rb}) – hoc genus ‘universale’ est per se superius ad genus generalissimum. Q. 22, CONCL. 3 (21^{rb}) – omne genus substantiale est accidens, et omnis species substantialis, et omnis differentia, et omne proprium. Q. 45, CONCL. 1 (43^{va}).

Universale mentale: est in intellectu subiective Q. 4, CONCL. 1 (3^{vb}). – duo universalia mentalia possunt simul esse in eodem intellectu. Q. 4, CONCL. 2 (3^{vb}) – aliqua duo universalia eiusdem speciei specialissime possunt simul esse (in) intellectu. Q. 4, CONCL. 3 (3^{vb}). – universale intensem et

universale remissum possunt simul esse intellectu. Q. 4, CONCL. 4 (3^{vb}) – duo universalia intensa non possunt simul esse in intellectu. Q. 4, CONCL. 5 (3^{vb}).

Universale scriptum: non est in aliqua substantia tamquam accidens in subiecto, quia est substantia vel substantie Q. 4, CONCL. 5 (4^{ra}).

Universale vocale: est in aere tamquam in subiecto Q. 4, CONCL. 5 (4^{ra}).

Univocum: univocum strictissime acceptum (...) accipitur pro terminis qui mediante unica impositione sive unico conceptu sive unica ratione diffinitiva predicantur de pluribus in quid, et non perfectius neque prius de uno quam de alio, idest, non cum ista additione ‘perfectius’ predicatur de aliquo illorum respectu alterius illorum, sicut homo predicitur de suis suppositis, quia Sortes non est perfectius homo quam Plato, nec quam Cicero. Q. 5, DIST. 2 (5^{ra}).

– univorum quoddam est complexum et quoddam incomplexum (...). Q. 12, DIST. 2 (10^{vb}).

– univorum quoddam est primo univocum, idest non ratione alicuius sue partis precise, sed ratione totius; et quoddam est univocum non primo, quia est univocum ratione alicuius sue partis, et non totius vel cuiuslibet partis. – *Univocum primo:* Exemplum primi: iste terminus ‘homo’ est univocus primo modo, quia non ratione alicuius sue partis precise, et similiter iste terminus complexus ‘animal rationale mortale’. – *Univocum non primo:* Exemplum secundi sicud iste terminus complexus ‘res exi-

stens Sortes’ est terminus univocus ratione istius partis ‘res existens’ et ‘non’ ratione istius termini ‘Sortes’, et similiter iste terminus ‘substantia existens Sortes’ sive ‘substantia que vocatur Sortes’. Q. 12, DIST. 3 (11^{ra}).

– omne istud predicitur univoce de aliquibus de quibus aliquid predicitur secundum nomen et secundum eandem rationem. Q. 21, OPINIO 1 (19^{vb}).

Unum: ‘unum’ accipitur multipliciter: *I: Unum essentialiter:* scilicet pro ‘uno essentialiter’; quod quidem unum componitur ex partibus diversarum rationum, quarum una est potentia respectu alterius, et ‘que’ sunt precise in eodem situ, sicud materia et forma. *II: Unum secundum gradus accidentales:* Alio modo dicitur ‘unum’ secundum gradus accidentales; quod quidem unum componitur ex partibus eiusdem rationis, que quidem partes sunt precise simul, sive sibi invicem inexistentes, et hoc sive tale unum sit extensus sive non. Exemplum primi sicud albedo, que componitur ex partibus gradualibus eiusdem rationis. Que quidem partes graduales secundum intensionem et secundum extensionem sunt sibi invicem inexistentes et precise in eodem situ subiective. Exemplum secundi ut aliquod accidens mentale, sicud gaudium vel dilectio, quia talia accidentia mentalia intensionalia et remissibilia componuntur ex partibus gradialibus eiusdem rationis. Que quidem partes, quamvis proprie loquendo non sunt in eodem situ, tamen sunt sibi invicem ‘in’existentes, quia sunt in subiecto individuali utpote in anima intellectiva. Et isti duo modi unitatis propriissime dicuntur unitates per

se, quia sunt maxime unitates que flunt ex distinctis rebus excepta sola unitate filii Dei et nature assumpte, de qua nihil ad presens quia alterius existit speculationis. *III: Unum indivisibilitate*; Tertio modo dicitur aliquod ‘unum indivisibilitate’, sicud Deus est unus, et angelus, et anima intellectiva. Et hoc est similiter maxime unum. *IV: Unum continuatione*: Quarto modo dicitur aliquod ‘unum continuatione’, sive corporali sive incorporali. Corporale sicud unum lignum continuum, cuius partes secundum extensionem continuantur sibi invicem; incorporele sicud partes solis integrales sibi invicem continuantur. Et isto modo aliquod dicitur unum per se. *V: Unum situ vel subiecto*: Quinto modo dicitur aliquod ‘unum situ vel subiecto’, ista, scilicet, que precise sunt in eodem situ sive in eodem subiecto, sicud albedo et dulcedo sunt precise in eodem situ et in eodem subiecto sicud in lacte, et

sicud grammatica et musica sunt precise in eodem subiecto, scilicet in anima. *VI: Unum per accidens propri loquendo*: Sexto modo dicitur aliquod ‘unum per accidens’ proprio loquendo, sicud aggregatum ex subiecto et accidente, quamvis etiam quintus modus sit unitas accidentalis. *Alii modi unitatis*: Alii vero sunt modi unitatis, utpote unum numero, unum specie, unum genere, unum diffinitione etcetera (...). Q. 43, DIST. 2 (41^{rb-va}).

– ex subiecto et accidente illius subiecti accipiendo ‘accidens’ secundum quod est nomen secunde intentionis, non componitur unum per se. Q. 43, CONCL. 1 (41^{va}) – isto modo accipiendo ‘subiectum’ et ‘accidens’ ex subiecto *(et)* accidente componitur unum unitate subiecti. Q. 43, CONCL. 2 (41^{va}) – ex subiecto et accidente accipiendo ‘accidens’ ut accidens est nomen prime intentionis, non fit unum per se. Q. 43, CONCL. 4 (41^{va}).

Index exemplorum

A: omnis A est littera Q. 11, AD 2.
(10^{rb}).

Adam: Adam non est Q. 27, 3.
(27^{ra}) – Adam non est, igitur homo
non est Q. 27, 3. (27^{ra}).

Albedo: albedo est color Q. 25,
DIST. 1 (25^{ra}).

Album: alborum aliud dulce, aliud
amarum Q. 2, DIST. UN. (2^{ra}).

Animal: animal est animal Q. 4,
CONCL. 3 (3^{vb}); Q. 9, CONCL. 4
(7^{vb}) – animal est homo Q. 26, 1.,
2., 3. (25^{vb}–26^{ra}); Q. 26, CONCL. 2,
CONCL. 3, CONCL. 4, CONCL. 5
(26^{vb}–va); Q. 26, AD 1. (26^{va}) – animal
est rationale Q. 39, 2., 3. (37 va) –
animal potest esse rationale Q. 39,
3. (37 va) – animal est risibile
Q. 39, 2. (37 va) – animal est genus
Q. 2, CONCL. 2 (2^{rb}) – animal est
substantia animata sensibilis
Q. 38, CONCL. 8 (37^{rb}) – animal est
substantia animalis sensibilis Q. 38,
CONCL. 8 (37^{rb}) – omne animal
est homo Q. 26, CONCL. 5 (26^{va});
Q. 26, AD 1. (26^{va}) – animalium aliud
rationale, aliud irrationale Q. 2, DIST.
UN., CONCL. 2 (2^{ra}); Q. 37, DIST. UN.
(36^{ra}) – animalium aliud risibile,
aliud hinnibile Q. 37, DIST. UN.,
CONCL. 4 (36^{ra}) – animalium aliud
album, aliud nigrum Q. 37, DIST. UN.
(36^{ra}) – hoc animal est animal Q. 9,
CONCL. 4, c.5 (7^{vb}) – hoc animal est
sine calore naturali Q. 42, CONCL. 4
(40^{rb}) – aliquod animal est homo

Q. 26, AD OPP. 1–2 (26^{ra}) – nullum
animal est homo Q. 26, AD OPP. 2
(26^{ra}) – nullum animal irrational
est homo Q. 26, AD OPP. 3 (26^{ra}) –
omne animal est Q. 27, 3. (27^{ra}) –
omne animal est animal Q. 4, 1.
AD 1. PROP. (3^{rb}); Q. 4, AD 4. *(Ad
probationem prime propositionis)*
(4^{ra}) – omne animal *(est)* substantia
Q. 4, 1. AD 2. PROP. (3^{va}) – omne
animal est ens Q. 4, 1. AD 2. PROP.
(3^{va}) – omne animal est homo Q. 26,
1., 2., AD OPP. 1 (25^{vb}–26^{ra}); Q. 26,
CONCL. 1(26^{rb}) – omne animal
preter animal irrationale est homo
Q. 25, AD OPP. 3 (26^{ra}) – non omne
animal est bipes Q. 41, AD 2. (39^{va}) –
animal est omnis homo Q. 4, AD 4.
AD PROB. 1. PROP. (4^{rb}) – animal
rationale est animal Q. 7, AD 1.
(6^{va}) – tantum animal est bipes Q. 41,
AD 2. (39^{va}) – utrumque animal
istorum animalium est homo Q. 26,
CONCL. 4 (26^{va}) – uterque animal de
numero animalium est rationale
mortale (demonstratis Sorte et
Platone) Q. 39, CONCL. 4 (37^{vb}) –
animal predicatur de homine Q. 25,
DIST. 1 (25^{ra}) – animal dicitur de
homine Q. 25, DIST. 1 (25^{ra}) – animal
competit homini Q. 25, DIST. 1
(25^{ra}) – animal verificatur de homine
Q. 25, DIST. 1 (25^{ra}).

Animalis: animalis est genus
hominis Q. 15, AD 3. (15^{rb}).

Calor naturalis: sine calore naturali
potest hoc animal esse; igitur animal
potest esse sine calore naturali

Q. 42, CONCL. 4 (40^{rb}) – sine calore naturali hoc animal potest esse
 Q. 42, CONCL. 4 (40^{rb}) – sine calore naturali hoc animal est Q. 42,
 CONCL. 4 (40^{rb}).

Coloratum: hoc coloratum est coloratum Q. 9, CONCL. 4 (7^{vb}).

Corpus: hoc corpus est corpus Q. 9, CONCL. 4 (7^{vb}) – ‘corpus est substantia’ Q. 23, CONCL. 5 (23^{ra}) – ‘corpus est substantia composita ex materia et forma’ Q. 23, CONCL. 3 (23^{ra}).

Deus: Deus est Q. 1, CONCL. 6 (1^{va}); Q. 3, CONCL. 5 (3^{ra}) – Deus est sciens A Q. 43, CONCL. 3 (41^{va}).

Dominus: dominus est animal Q. 45, 2. (43^{rb}) – dominus est dominus Q. 45, 2. (43^{rb}) – dominus est homo Q. 45, 2. (43^{rb}).

Fundamentum: fundamentum non est, igitur domus non est Q. 27, 3. (27^{ra}).

Genus: aliquod est genus Q. 3, CONCL. 5 (3^{ra}) – genus est quod predicitur de pluribus specie differentibus Q. 3, CONCL. 5 (3^{ra}).

Homo: homo est homo Q. 4, CONCL. 3 (3^{vb}) – hominum alius Sortes, aliis Plato Q. 2, DIST. UN. (2^{ra}) – hominum alius longus, aliis brevis – homo est species Q. 2, DIST. UN., CONCL. 2 (2^{rb}) – homo est species animalis Q. 15, AD 3. (15^{rb}) – homo est animal Q. 4, CONCL. 2 (3^{vb}); Q. 4, CONCL. 5 (4^{ra}); Q. 25, DIST. 1 (25^{ra}) – homo est animal rationale mortale Q. 3, CONCL. 5 (3^{ra}) – homo est rationale mortale Q. 38, DIST. 1 (36^{vb}) – homo est rationalis Q. 39, 2.,

3. (37 va) – homo est mortalis Q. 39, 2. (37 va) – homo est risibilis Q. 39, 2. (37 va) – homo est, et non est risibilis Q. 44, AD 3. (43^{ra}) – homo est animal compositum ex corpore et anima intellective Q. 38, d. 1 (36^{vb}) – homo est animal risibile Q. 3, DIST. 1 (2^{vb}); Q. 40, CONCL. 8 (38^{va}) – homo est animal recte sedens Q. 3, DIST. 1 (2^{vb}) – homo est animal et bipes, recte intendens Q. 17, DIST. 1 (16^{rb}) – homo est rectus Q. 39, 1. (37 va) – homo est animal susceptible discipline Q. 40, CONCL. 8 (38^{va}) – homo est asinus Q. 44, AD 3. (43^{ra}) – homo est substantia composita ex corpore et anima intellectiva Q. 38, CONCL. 7 (37^{ra}) – homo est substantia corporea animata sensibilis rationalis mortalis Q. 38, CONCL. 8 (37^{rb}) – homo est substantia habens duas manus et decem digitos et duos pedes, potens sentire et potens intelligere et potens ridere Q. 38, CONCL. 1 (37^{ra}) – nullus homo est Q. 27, 3. (27^{ra}) – nullus homo est asinus Q. 26, CONCL. 1 (26^{rb}) – omnis homo est Q. 27, 3. (27^{ra}) – omnis homo est animal Q. 4, AD 4. (Ad probationem secunde propositionis) (4^{va}) – omnis homo est homo Q. 4, 1. AD 1. PROP. (3^{rb}); Q. 4, AD 4., AD PROB. 1. PROP. (4^{ra}) – omnis homo es risibilis Q. 41, AD 6. (39^{vab}) – omnis homo est substantia Q. 4, 4. (secundo quantum ad secundam propositionem), AD 4., AD PROB. 2. PROP. (3^{va}, 4^{va}) – omnem hominem videt homo Q. 4, AD 4., AD PROB. 1 PROP. (4^{rb}) – est homo animal omnis Q. 4, AD 4., AD PROB. 2. PROP. (4^{va}) – homo non est, igitur animal non est Q. 27, 3., AD 3. (27^{ra}, 27^{vb}).

Plato: Plato est Q. 44, CONCL. 9 (42^{va}) – Plato est animal Q. 8, CONCL. 3 (7^{rb}) – Plato est homo

Q. 2, CONCL. 2 (2^{rb}) – Plato est individuum Q. 11, 3. (9^{rb}) – Plato est iste Q. 11, AD 5. (10^{rb}).

Predicatum: predicatum inest subiecto Q. 25, DIST. 1 (25^{ra}).

Sortes: Sortes est animal Q. 8, CONCL. 3 (7^{rb}) – Sortes est homo Q. 2, CONCL. 2 (2^{rb}); Q. 25, DIST. 1 (25^{ra}) – Sortes est individuum Q. 11, 3. (9^{rb}) – Sortes est iste Q. 11, AD 5. (10^{rb}) – Sortes currit Q. 3, CONCL. 5 (3^{ra}); Q. 19, CONCL. 3 (18^{ra}) – Sortes scribit Q. 20, 3. (18^{vb}) – Sortes sedet Q. 43, CONCL. 3 (41^{va}) – Sortes tacet vel loquitur Q. 37, DIST. UN. (36^{ra}) – Sortes est asinus, vel Sortes non est asinus Q. 37, DIST. UN. (36^{ra}) – Sortes est, ergo Sortes vel Plato est Q. 19, 3. (17^{vb}) – Sortes potest portare duas tales lapides, ergo potest portare tres Q. 4, AD 4. (4^{rb}).

Sortes et Plato: Sortes et Plato habent formas similes ultimata similitudine Q. 31, CONCL. 9 (31^{ra}) –

Sortes et Plato sunt eiusdem speciei specialissime nullo termino existente Q. 31, CONCL. 9 (31^{ra}) – Sortes et Plato sunt plures homines Q. 25, 1., AD 1. (24^{va}, 25^{rbva}) – Sortes et Plato sunt unus homo Q. 25, 1., AD 1. (24^{va}, 25^{rbva}) – Sortes et Plato sunt unus homo in communi Q. 25, 3., AD 3. (24^{va}, 25^{vb}) – uterque istorum est Sortes vel Plato (determinatis Sorte et Platone) Q. 37, DIST. UN. (36^{ra}).

Substantia: omnis substantia est homo Q. 4, 4., 2. AD 2. PROP., AD 4., AD PROB. 2. PROP. (3^{va}, 4^{va}). – ‘substantia est ens’ Q. 23, CONCL. 5 (23^{ra}).

Terminus: aliquis terminus est genus Q. 3, CONCL. 5 (3^{ra}) – iste terminus scriptus ‘animal’ est animal Q. 8, CONCL. 2 (7^{rb}) – iste terminus prolatus ‘animal’ est animal Q. 8, CONCL. 2 (7^{rb}) – iste terminus ‘genus’ est genus Q. 8, CONCL. 2 (7^{rb}).

